

Christus est vtrumque, vel quod Christus est duo. Circa quod tria facit, quia primò ponit huiusmodi obiectiones. Secundò soluit, & respondet ad eas. Tertiò suam solutionem confirmat per Hieronymum. Secunda ibi; *Sed hæc omnia*. Tertia ibi: *Quia ut ait Hieronymus*.

Tunc sequitur illa pars: *Est autem, & aliud*, in qua soluit obiectiones, quæ possunt fieri, quòd persona Verbi, post incarnationem, non est composita. circa quod tria facit; quia primò ponit huiusmodi obiectiones. Secundò soluit. Tertiò epilogat circa determinata. Secunda ibi: *Ad quod illi dicunt*. Tertia ibi: *Posita est diligenter sententia secunda*.

Tunc sequitur illa pars: *In hac igitur sententia*. In qua adducit quædam facientia ad declarationem opinionis tertiæ. circa quod quatuor facit: primò declarat, quomodo secundum opinionem, tertiam verificatur, quòd Deus factus est homo, & è conuersò, & quomodo verificatur, quòd Deus est homo, & è conuersò. Secundò declarat, quomodo secundum opinionem tertiam verificatur, quod Christus, secundum quod homo prædestinatus est esse Filius Dei. Tertiò declarat, quomodo, secundum eandem opinionem verificatur, quòd Christus est minor Patre. Quartò mouet quædam quæstiones de quibusdam nominibus denominatiuis. Secunda ibi: *secundum istos*. Tertia ibi: *Hi etiam cum dicitur*. Quarta ibi: *Et quia secundum habitum*.

Hæc autem quarta pars, in qua mouet quæstiones de quibusdam nominibus denominatiuis diuiditur in partes quatuor, quia primò mouet quæstionem de his duobus nominibus, videlicet esse humanatum, & esse Deificatum. Vtrum ita propriè dicatur hominem esse Deificatum, sicut propriè dicitur esse Deum humanatum. Et soluit per Damascenum, quòd non. Secundò mouet quæstionem de hoc nomine denominatiuo, quoad esse diminutum. Vtrum homo ille congruè dicatur esse diminutus, & soluit per Augustinum, quòd non. Tertiò concludit ex dictis, quòd ipse Magister sine assertione loquutus est de tribus præfatis opinionibus, & quòd intelligentiæ lectoris asser-

da relinquit. Quartò, & vltimò, concludit ex dictis, quòd cum assertione concedere possumus, vt sic Deus assumpserit hominem, quòd non sit mutatus in humanam substantiam, & sic ex tali assumptione glorificatus est homo: vt non sit mutatus in diuinam naturam: quia omnis mutatio vertibilitatem, & diminutionem substantiæ facit, vel importat. Secunda ibi: *Et licet dicatur*. Tertia ibi, *Satis diligenter*. Quarta ibi: *In hoc firmiter tenenes*. Et in hoc terminatur sententia præsentis lectionis, & distinctionis.

DISTINCTIONIS VII.

Pars Prima Principalis.

De modis loquendi exprimentibus incarnationem.

QVAESTIO VNICA.



VIA Magister in littera circa incarnationem Filij Dei principaliter videtur agere de duobus generibus loquutionum, videlicet de loquutionibus

exprimentibus incarnationem: Ideo de ijs duobus principaliter quæremus. circa primum, idest circa loquutiones exprimentes incarnationem, quærentur quatuor.

Primò. Vtrum hæc loquutio sit propria, Deus est homo, & è conuersò.

Secundò. Vtrum hæc loquutio sit propria. Christus est homo dominicus.

Tertiò. Vtrum hæc loquutio sit propria, Deus factus est homo.

Quartò. Vtrum hæc loquutio sit propria, Homo factus est Deus.



ARTIC. I.

Utrum hæc sit falsa, Deus est homo, & è conuersò. Conclusio est negatiua.

D. Thom. 3. p. q. 16. ar. 1. & 2. Caiet. Siluius. Cabrera. 3. Alvarez ibidem. Valquez disp. 57. per totam. Valent. tom. 4. puncto 1. q. 26.



A primum sic proceditur. Videtur, quòd hæc sit falsa. Deus est homo, & è conuersò. Nam magis conueniunt quæ uniuntur in vnâ personâ, & in vnâ naturam, quàm quæ uniuntur in vnâ personam tantum, & non in vnâ naturam; sed anima, & corpus uniuntur in vnâ personam, quia constituunt vnâ personam hominis, & in vnâ naturam, quia constituunt vnâ naturam humanam, siue vnâ humanitatem: Deitas autem, & humanitas uniuntur in vnâ personam, quia vna, & eadem persona habet Deitatem, & humanitatem, non autem uniuntur in vnâ naturam, quia nulla vna, & eadem natura habet Deitatem, & humanitatem, seu constituitur ex Deitate, & humanitate: cum ergo non possit verè dici, quòd anima sit corpus, vel è conuersò, multò magis, vt videtur, non poterit verè dici, quòd Deus sit homo, vel è conuersò.

Præterea. Maior est vnitas trium personarum in natura diuina, quàm vnitas duarum naturarum in persona Christi; sed vna persona diuina non prædicatur de alia: ergo multò magis homo non prædicatur de Deo, nec è conuersò.

Præterea. Nihil prædicatur vniocè de creatore, & creatura: sed homo prædicatur vniocè de Christo, & de nobis, vel prædicatur vniocè de Christo, & de quolibet alio homine: ergo non prædicatur vniocè de Deo, & de quolibet alio homine.

Præterea. Quicquid prædicatur de Aegid super iij. Sent.

A Deo, aut est absolutum, aut relatiuum, quia homo dicit quid, non ad aliquid: ergo non potest prædicari de Deo tanquam quid relatiuum. Nec etiam tanquam quid absolutum, quia absoluta, quæ veniunt in diuinam prædicationem, conueniunt cuilibet diuinæ personæ: sed esse hominem non conuenit cuilibet diuinæ personæ: ergo &c.

Præterea. Quicquid prædicatur de aliquo, aut prædicatur per se, aut per accidens; sed homo non prædicatur de Deo per se, quia sic cuilibet supposito naturæ diuinæ competeret esse hominem, nec prædicatur de Deo per accidens, quia secundum August. 2. de Trinit. in Deo nihil est per accidens: ergo, &c.

Præterea. Omnis prædicatio, vel est per essentiam, sicut cum dicitur homo est animal, vel per inhærentiam, sicut cum dicitur homo est albus, vel per causam, sicut cum dicitur. Dies est Sol super terram: sed cum dicitur, Deus est homo, non est prædicatio per essentiam, quia alia est essentia hominis, & alia essentia Dei, vel alia essentia est Deitas, & alia essentia est humanitas. Nec etiam prædicatur per inhærentiam, quia Deo (vt diximus) nihil inhæret accidentaliter; Nec est prædicatio per causam, quia si hoc modo, scilicet per causam verificaretur hæc propositio, Deus est homo, pari modo verificaretur, quod Deus est leo, vel quod Deus est stella, cum Deus sit causa leonis, & stellæ: ergo &c.

Præterea (vt potest haberi à Philosopho circa principium 1. Topic.) non sunt nisi quatuor genera prædicamentorum, quia omne prædicamentum, vel est essentialiale non conuersum, vt genus; vel est essentialiale conuersum, vt definitio; vel est accidentale non conuersum, & sic est accidens; vel accidentale conuersum, vt proprium: sed vt patet, nullo istorum modorum se habet homo ad Deum: ergo &c.

Præterea. Propositio dicitur esse in materia remota, quando formæ significatæ sunt omninò diuersæ: sed formæ significatæ per hoc nomen Deus, & per hoc nomen homo, sunt omninò diuersæ: ergo hæc propositio, Deus est homo, est in ma-

D. P. Aug. 2. de Trinit. Tom 3.

Arist. 1. Topic. c. 11.

teria remota ; sed omnis propositio affirmatiua in materia remota est falsa : ergo &c.

IN CONTRARIUM est, quia quæcunque vni, & eidem sunt eadem, inter se sunt eadem, & vnum prædicatur de alio ; sed esse hominem, & esse Deum sunt eadem vni, & eidem, quia sunt eadem ipsi Filio Dei ; ergo inter se sunt eadem, & vnum prædicatur de alio.

Præterea. Quæcunque dicunt vnum, & idem suppositum, vnum prædicatur de alio : sed homo, & Deus dicunt vnum, & idem suppositum, vnam, & eandem personam : ergo verè vnum prædicatur de alio, & verè dici poterit, quòd Deus est homo, & è conuersò ; ergo &c.

RESOLVTIO.

Istæ propositiones, Deus est homo, & homo est Deus, in Christo verae sunt: vt ex sacra Scriptura, Sanctis Patribus, & ratione ostenditur, maximè autem amplectendo opinionem secundam ex supra citatis de incarnatione Verbi: eas tamen, sequentes primam, vel tertiam positiones, saluare non possunt.

RESPONDEO dicendum, quòd hæc propositio, Deus est homo, & eius conuersa, quantum ad hominem Christum, qui est Deus, & homo, sunt simpliciter concedendæ: quòd potest probari per Scripturam sacram, siue per Euangelium, per dicta Augustini, Bernardi, & aliorum, & per rationem. Per Euangelium quidem probatur, tales propositiones esse veras, quia Ioan. in Euangelio suo, cum prius dixisset, *Deus erat Verbum*, postea subdidit, *Et Verbum caro factum est*, id est factus est homo, vt exponit Augustinus in 1. lib. de Trinit. cap. 6. Si ergo Deus Verbum factus est caro, siue homo, oportet, quòd hæc sit vera: Deus factus est homo, & per consequens, quòd hæc sit vera, Deus est homo: Et si Deus est homo, cum tales propositiones conuertantur simpliciter, oportet, quòd conuersa sit vera, quòd homo est Deus: Nam per syllogismum expositoriũ hoc probabitur quia si Deus est homo, si per hominem

Quod hæc propositio sit vera, Deus est homo, & è cõtra, ostenditur ex sacra Scriptura, Sanctis Patribus, & ratione.

Io. c. 1.

Tom. 3.

Syllogismus expositorius.

A significaretur ille homo, qui prædicatur de Deo, quia ille homo est Christus, oportet, quòd Christus sit Deus, & homo ; & quia Deus, & homo prædicantur de eodem Christo, oportet quòd Deus, & homo de se inuicem prædicentur

Hæc etiam veritas patet per August. qui 1. de Trin. c. 14. ait. *Talis enim erat illa susceptio, scilicet humanæ naturæ, in Christo, quæ Deum faceret hominẽ, & hominem Deum*: quo posito, de necessitate concluditur, quòd Deus est homo, & è conuersò. Tertiò hoc idem patet per Bernardum ad Eugenium de consider. *Tantam denique tamq; expressam vim unionis in se profert illa persona, in qua Deus, & homo vnus est Christus, vt si duo illa de se inuicem prædices, non erraueris, Deum, videlicet, hominem, & hominem Deum, verè pronuncians.*

D. P. Aug. 8. de Trin. c. 14. tom. 3.

D. Bernard. ad Eugen.

Quartò hoc idem patet per rationem, quia ratio nos cogit concedere, quòd quæ vni, & eidem sunt eadem, & inter se sunt eadem, ac ad se inuicem prædicantur ; si ergo Deus & homo sunt eadem, eidem Christo, oportet, vt inter se sint eadem, & de se inuicem prædicentur: quare prima ratione concluditur, quòd illæ propositiones sunt veræ, de quibus præsens quæstio dubitabat, videlicet quòd Deus est homo, & homo est Deus. Verum quia nõ sufficit scire, quòd sic est, nisi sciatur modus, & causa quare illud est ; idè intendimus explicare modum, & causam, quomodo tales propositiones contineant veritatem.

Sciendum ergo, quòd quia natura diuina est infinita, potest supplere vices cuiuslibet creature, vt possit sine quacunque natura, quod potest cum illa natura: naturæ ergo creatæ, quia sunt finitæ, habent esse finitum, & agere limitatum, & idè natura Solis, siue Sol, sic potest cum homine generare hominẽ, iuxta illud Philosophi, *Sol, & homo generant hominem*: non oportet, vt Sol possit hominem generare sine homine: non autem sic est in Deo. Nam si potest Deus cum igne calefacere, vel cum quolibet alio agente agere aliquam actionem, poterit sine igne calefacere, & sine quocunque agente alio agere quacunque aliam actionem,

Arist. 2. phy sic. c. 26.

nem. Et quod dictum est de natura diuina, quia est infinita, habet veritatem de quolibet supposito diuino, quod est etiam infinitum. Sicut ergo natura diuina propter hanc infinitatem potest supplere vices cuiuscunque naturæ creatæ, sic quodlibet suppositum diuinum propter sui infinitatem potest supplere vices cuiuslibet suppositi. Quibus clarè intellectis, facilè est intelligere, quomodo facta sit incarnatio Verbi, & quomodo Deus Dei Filius factus est homo. Nam suppositum Dei Filij, assumendo naturam humanam, natura illa humana assumpta à Verbo, est assumpta a supposito Verbi, vel Filij Dei, quia secundum August. lib. 7. de Trinit. cap. 2. *Filius est eò Filius, quò Verbum, & eò Verbum, quò Filius*. Natura ergo illa humana, sic assumpta à Verbo, non constituit suppositum, sed sustentata est in supposito Verbi, & hoc modo suppositum Verbi suppleuit vices illius suppositi creati, quod constituisset illa natura humana, si non fuisset assumpta à supposito Verbi. Cùm ergo natura diuina calefacit sine igne, non ex hoc potest argui, quòd natura diuina fiat natura ignis, sed supplet vices naturæ ignis, & facit sine igne illam eandem actionem, quam faceret cum igne, vel natura ignis. Sic & suppositum Filij, quod est suppositum diuinum, & est suppositum increatum, assumendo naturam humanam, non fit suppositum creatum, sed supplet vices illius suppositi creati, quod constituisset illa natura humana, si non fuisset assumpta à supposito Filij, vel Verbi, quo posito verificatur de supposito Filij, quicquid verificatum fuisset de supposito illo, quod constituisset huiusmodi natura, si non fuisset assumpta à supposito Filij, & quia illa non assumpta constituisset vnum hominem, Christus sic assumens factus est verus homo, & verè factus est passibilis, & verè est crucifixus, quia suppositum illud, quod constituisset natura illa assumpta, si fuisset eleuatum in cruce, sicut fuit eleuatum suppositum Verbi, verè fuisset passum, & crucifixum, sicut fuit suppositum Verbi. Propter quod Damascenus lib. 3. cap. 14. vult, quòd actiones, & passiones propriè sint suppositorum. Nam non obstante, quòd velle est quoddam pati, illud

A velle, quod competebat illi homini propriè poterat attribui ipsi supposito diuino, & ipsa crucifixio, quæ erat quædam passio, poterat, & debebat propriè attribui ipsi supposito diuino, erant enim hæc loquutiones propriæ, quòd diuinum suppositum, quod est Deus ipse, quia *Dei Filius non rapinam arbitratus est esse se equalem Deo*, idest se esse Deum, verè, & propriè, concedi potest, quòd Deus patiebatur, Deus crucifigebatur, & Deus in cruce moriebatur.

B Sed dices, quòd si ista possunt verificari de Deo: ergo Deus, in eo quod Deus, patiebatur, & moriebatur. Ad quod dici potest, quòd istud in eo quod Deus, vel reduplicat suppositum, vel naturam: si reduplicat suppositum, quia in Christo non erat nisi vnum suppositum, videlicet suppositum diuinum, quod erat vere Deus, concedi potest hæc reduplicatio quantum ad suppositum; quòd Deus in eo quod Deus, idest in eo, quod diuinum suppositum, seu in eo, quod suppositum Filij sustentans naturam humanam, patiebatur, & crucifigebatur. Sed si illud in eo, non reduplicat suppositum, sed naturam, cum in illo supposito essent duæ naturæ, humana, secundum quam erat homo, & diuina, secundum quam erat Deus, hoc modo non patiebatur in eo, quod Deus, idest, vt habens naturam diuinam, sed in eo quod homo, idest habens naturam humanam. Patefactum est ergo, quòd non solum sunt verè huiusmodi loquutiones, quòd Deus est homo, & homo Deus; sed etiam quomodo, & quare verè sint. Nam verè sunt propter vnitatem suppositi Filij Dei assumptis naturam humanam, & ex hoc supplens vices illius suppositi, quod constituisset natura illa, si non fuisset assumpta.

D Sed dubium esse posset. Vtrum secundum quamlibet illarum trium opinionum possent dictæ propositiones verificari, & congruè dici, quòd Deus est homo, & e conuersò. Dicendum, quòd secundum opinionem tertiam congruè verificari non possent. Nam secundum huiusmodi opinionem, seu potius falsam sententiam, ista verificantur propter inherentiam, quia isti falsò putauerunt, naturam humanam accidentaliter aduenisse diuine: idcirco adhuc

Tom. 3.

Quia suppositum diuinum supplet vices suppositi naturæ humanæ, ideo de eo verificatur quæcunque attribuitur supposito humano.

Damas. lib. 3. cap. 14.

Obie. 819.

Solutio.

Reduplicatio potest cadere supra suppositum, & supra natura.

Secundum tertiam opinionem superius positam, dictæ propositiones non possunt verificari.

adhuc etiam esset valdè impropria hæc A
propositio apud illos, Deus est homo, &
è conuersò. Nam hæc opinio tertia, vt
patet ex ante dictis, cum hoc quod ponit,
naturam humanam accidentaliter adue-
nire diuinæ, ponit etiam huiusmodi na-
turam, non secundum se totam, & vt ha-
bet partes coniunctas, sed vt habet par-
tes separatas, accidentaliter aduenire
Verbo, & quia habens partes domus se-
paratas, non diceretur ex hoc habere
domum, consequens est, quòd habens
partes humane nature separatas, vt ha-
bens animam rationalem, separatam à B
carne, non propriè diceretur habere na-
turam humanam, nec propriè diceretur
homo. Propter quòd tertia opinio non
potest verè, & propriè saluare has loquu-
tiones, propter quas mota est quæstio
principalis, An Deus sit homo, & è con-
uersò. Possent autem, & multa alia in-
conuenientia contra hanc tertiam opi-
nionem adduci, sed non expedit, cum
illa opinio tertia, secundum Fidem Ca-
tholicam sit falsa.

Viso, quid dicendum sit de huiusmodi
loquutionibus, quòd Deus est homo, & è C
conuersò, secundum opinionem tertiam,
quæ ponit humanam naturam aduenire
Verbo accidentaliter, & aduenire, vt ha-
bitum, cum habitus solum denominatiuè,
non essentialiter prædicetur de habente,
quia homo non est vestis, sed vestitus;
consequens esset, quòd Dei Filius non ef-
fet homo, sed humanatus. Volumus vltè-
rius declarare, quid dicendum sit de hu-
iusmodi loquutionibus secundum opinio-
nem primam. Patet enim huiusmodi opi-
nionem tertiam esse falsam, & contra
Scripturam sacram, cum in Symbolo D
contineatur, quòd Dei Filius homo factus
est, hæc autem opinio saluare non potest,
quòd Dei Filius sit homo, secundum hu-
manitatem; sed pariter nec secundum
opinionem primam potest saluari prop-
riè, quòd Dei Filius sit factus homo, vel
sit homo, sed per implicationem tantum,
& coniunctionem ad vnum, & idem sup-
positum dignius: ponit enim prima opi-
nio, quòd in Christo anima fuit coniun-
cta carni, ex qua coniunctione resultauit
quædam substantia, & quoddam suppo-
situm; propter quòd secundum primam

Quid dicen-
dum sit de
huiusmodi
propositio-
nibus secu-
dum opinio-
nem primam.

opinionem fuerunt in Christo duo suppo-
sita, sed non duæ personæ. Nam persona
dicit aliquid ad dignitatem pertinens, &
quia illud suppositum, quod constituabat
natura humana erat coniunctum supposi-
to, quod constituabat natura diuina,
quod erat longè dignius, quàm supposi-
tum constitutum per humanam; ideo hu-
iusmodi suppositum sic constitutum per
humanam non merebatur dici persona.
Et ideo opinio prima, licet in Christo po-
neret duo supposita, non ponebat ibi nisi
vnam personam, quia ex coniunctione
ad suppositum dignius, quod erat consti-
tutum per diuinam naturam, perdebat no-
men personæ, vt non mereretur tale sup-
positum dici persona, quod est nomen
dignitatis, ex eo quod vnitum erat sup-
posito digniori. Propter quòd hæc opi-
nio prima concedebat, quòd Christus erat
duo neutraliter, propter dualitatem sup-
positorum, sed erat vnus masculinè pro-
pter vnitatem personæ.

Sed circa hæc insistere, est ridiculum,
nam ridiculum est, vt alicui competat
definitio, & ei non competat definitum;
quia definitio personæ est. Persona est
rationalis nature indiuidua substantia.
Cum ergo de se quodlibet suppositum sit
quoddam indiuiduum, idest quoddam
incommunicabile, quodlibet suppositum
rationalis nature meretur dici persona; &
quia substantia illa, vel suppositum illud,
quod constituabatur ex carne, & anima
rationali erat suppositum rationalis natu-
re, cogimur dicere, sequendo hanc opi-
nionem primam, quòd in Christo non
solum sunt verè duo supposita, sed etiam
duæ personæ, & quòd Christus non erat
duo solum neutraliter, sed etiam duo ma-
sculinè. Concludamus ergo, & dicamus,
quòd solum secunda sententia ponens in
Christo duas naturas, humanam scilicet,
& diuinam, & vnum suppositum, siue
vnam personam, est vera, & Catholica,
secundum quam possumus verè, & con-
gruè saluare has loquutiones, Homo est
Deus, & Deus est homo, vt est per habi-
ta manifestum.

Secundum pri-
mam opinio-
nem in Chri-
sto fuerunt
duo supposi-
ta, sed non
duæ perso-
næ.

Eadem opi-
nio prima
concedebat
Christum esse
duo neutra-
liter pro-
pter duo
supposita,
& vnum ma-
sculinè pro-
pter vnitatem
personæ.

Propositio-
nes dicuntur
optimè sal-
uantur cum
secunda sen-
tentia.

RESP. AD ARGV M.

Ad primum dicendum, quod in omni-
bus

bus sunt consideranda quæ sunt per se, & A dimittēda quæ sunt per accidens. Ratione enim vnitatis suppositi, per se loquendo hæ loquutiones verificantur, *Deus est homo*, & è conuersò; nam quia idem est suppositum, quod habet in se Deitatem, per quam *Deus est*, & humanitatem, per quam est homo, consequens est, quòd idem sit *Deus*, & homo, quo posito, *Deus est homo*, & è conuersò; si ergo ex anima, & carne volumus per se arguere, cum anima coniuncta carni per se accepta, non debeat dici suppositum, nec caro quantumque coniuncta animæ, per se sumpta B debeat dici suppositum, si volumus in talibus arguere per se, & ex parte suppositi, cum suppositum non sit caro, nec anima, sed sit habens carnem, & animam, inueniemus prædicationem nostram, & non arguimus, quod omninò est anima, & è conuersò, sed quod suppositum habens carnem, est suppositum habens animam, & è conuersò. Et quia sic est in proposito, quia vnum est suppositum habens Deitatem, per quam est *Deus*, & habens humanitatem, per quam est homo, sicut non poteramus ibi arguere, quòd caro sit anima, vel è conuersò, sic non poterimus hic arguere, quod *Deitas sit humanitas*, vel è conuersò, sed poterimus arguere, quòd habens *Deitatem*, est habens humanitatem, & è conuersò, & per consequens quod *Deus est homo*, & è conuersò.

Ad formam arguendi cum dicitur, quòd magis conueniant, & vniuntur, quæ conueniunt, & vniuntur in naturam, & personam, &c. dici potest, quòd magis, vel minus vniri in hoc loco, se habent quasi per accidens, sed magis, vel minus prædicari de supposito sunt ea, quæ se D habent per se; cum tota causa, vel ratio, quare hæc est vera, *Deus est homo*, & è conuersò, sit, quia idem est suppositum habens Deitatem, & humanitatem, iuxta illud Symboli, vbi dicitur de Christo: *Licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed vnus est Christus*; & subditur: *Vnus autem non conuersione substantiæ, sed vnitatem personæ*.

Ad secundum dicendum, quòd secundum hoc, quod personæ diuinæ sunt vnum, quia sunt vnum in natura, non in persona, sic prædicantur de se inuicem,

quia natura Patris est natura Filij. Nomina ergo exprimentia naturam, prædicantur de se inuicem, sed personalia, quia habent distinctas personas de se inuicem non prædicantur. Hic autem quia est è conuerso, prædicationes sunt è contra. Nam nomina implicantia personam, vel importantia suppositum de se inuicem, prædicantur, exprimentia vero naturas, quia in Christo est alia, & alia natura, licet non sit alia, & alia persona, de seipsis prædicari non possunt.

Ad tertium dicendum, quod sufficit ad C saluandum argumentum, vt non prædicetur aliquid vniuocè de Deo, & creatura, quod non prædicetur cum hac reduplicatione in eo, quod *Deus*. Nam licet idem Christus sit *Deus*, & homo, ea tamen, quæ ei conueniunt, in eo, quod *Deus*, sunt alia ab ijs, quæ ei conueniunt in eo, quod homo. Aduertendum tamen, quod de hac reduplicatione, vt patet per habita, est distinguendum, quia si reduplicat suppositum, cum in Christo sit vnum suppositum, & vna persona, de se inuicem poterunt prædicari. Nam homo ille in eo quod homo, idest in eo, quod humanum suppositum, creauit stellas, quia idem est ibi suppositum naturæ humanæ, & diuinæ. Sed si huiusmodi reduplicatio reduplicet naturam, cum in Christo sit humana, & diuina natura, tunc erunt alia, & alia, quæ prædicabuntur de *Deo*, & homine, quia non patiebatur in eo, quod *Deus*, sed in eo, quod homo, idest, vt habebat naturam, humanam, & non creauit stellas in eo, quod homo, sed in eo quod *Deus*, idest, vt habens naturam diuinam.

Ad quartum dicendum, quod cum dicitur *Deus est homo*, ly homo, quantum ad formam significatam est quid absolutum, sed quantum ad suppositum habet relationem implicitam, quia frat pro supposito, vel pro persona Filij Dei, & ratione illius relationis implicitæ ly, homo, non potest prædicari de qualibet persona diuina, sed de sola persona Filij, vt etiam communiter dicitur.

Ad quintum dicendum, quod hæc propositiones: *Deus est homo*, & è conuerso, verificantur per se, ratione suppositi, quia vnum est suppositum, & vna persona habens

Non est par ratio de nominibus implicantiis suppositum, & exprimentibus naturam.

Cum aliquid prædicatur de Deo, & creatura: non reduplicatur, neque vniuocè prædicatur.

Ly homo dupliciter consideratur, vel secundum formam significatam, vel secundum suppositum: primo modo est quid absolute: secundum modo implicat relationem, & sic non potest dici de qualibet persona diuina.

In argumento assumitur quod est per accidens & relinquatur quod est per se: idem non concludit.

Negatur mi-
nor argumē-
ti cum sua
probatione
quia dicta
prædicatio
sic ratione
suppositi,
nō ratione
naturæ.

bens naturam diuinam, & ex hoc est Deus; & habens naturam humanam, & ex hoc est homo; & quia quantum ad suppositum, vel quantum ad personas est distinctio tam in humanis, quam in diuinis, & ideo esse Deum quantum ad homines, non competit nisi soli Christo, habenti personam distinctam, & suppositum distinctum ab omnibus alijs hominibus. Sic etiam esse hominem quantum ad personas diuinas non competit, nisi soli Filio, quia solus Filius assumpsit naturam humanam, & factus est homo.

Dicta præ-
dicatio est
per essen-
tiam ratio-
ne identita-
tis supposi-
ti, quod ha-
bet essentiã
diuinã, &
humanam.

Ad sextum dicendum, quod hæc prædicatio, Deus est homo, est prædicatio per se, & est prædicatio per essentiam, non per essentiam, itaut essentia diuina sit essentia humana, sed per essentiam, quia idem suppositum, & eadem persona Filij verè habet essentiam diuinam, & est verè Deus, & verè habet essentiam, & naturam humanam, & ex hoc est verus homo, & quia idem Filius verè est Deus, & homo, omnia hæc per se verificantur, quod Deus est homo, & e conuersò.

Negatur mi-
nor argumē-
ti, quia dic-
ta prædica-
tio spectat
ad prædica-
tionem de
genere, nō
simpliciter,
sed per simi-
litudinem.

Ad septimum dicendum, quod hæc prædicatio, Christus est homo, pertinet ad prædicationem de genere, non quod homo sit genus ad Christum, & ad alios homines, sed quia eodem modo comparatur species ad sua indiuidua, sicut genus ad suas species; Nam sicut genus prædicatur de suis speciebus non conuersim, quia homo est animal, & non quodlibet animal est homo; sic homo est Sortes, & homo est Christus, sed non quilibet homo est Sortes, vel Christus.

Propositio-
nes adductæ
in argumen-
to nō sunt
in materia
remota: sed
in materia
naturali.

Ad octauum dicendum, quod Christus est Deus, & Christus est homo, non sunt in materia remota, sed in materia naturali, cum idem Christus, & idem Filius habeat in se naturam diuinam, & humanam; tamen hoc est singulare in quolibet diuino supposito, & in qualibet diuina persona, quod propter sui infinitatem potest supplere vices cuiuslibet alterius suppositi: Et ideo in eodem diuino supposito potest esse natura diuina, & humana, & idem diuinum suppositum erit Deus, & homo, quod nulli alij supposito potest competere. Nullum enim suppositum creatum potest in se habere duas naturas substantiales diuersas, ex quibus

A non conficeretur vna natura: Impossibile enim est, quod idem suppositum creatum sit homo, & leo, sed hoc est singulare in suppositis diuinis, quod propter sui infinitatem idem suppositum est Deus, & homo, non obstante, quod ex Deitate, & humanitate, non potest confici vna communis natura tertia, secundum quemmodum loquitur Damasc. lib. 3. cap. 3. *In Christo Iesu non est communem speciem accipere.* Velle ergo in diuinis suppositis arguere sicut in creatis, vt concludebat argumentum, est decipere seipsum.

D. Damasc.
lib. 3. c. 3.

A R T I C. II.

Vtrum hæc loquutio sit propria, Christus est homo Dominicus. Conclusio est negatiua.

D. Thom. 3. p. q. 16. ar. 3. Caiet. Siluius. Suarez. ibid. Ricch. in 3. dist. 7. q. 1. Aestius d. 7. S. 4.



SECUNDO queritur. Vtrum hæc loquutio sit propria, Christus est homo Dominicus. Et videtur quod sic. Nam Aug. lib. 83. questionum ait:

Monendum est, vt illa bona aterna expectentur, quæ fuerunt in homine dominico, & loquitur de Christo: ergo &c. Tom. 4.

Præterea. Christus magis est particeps diuinæ bonitatis, quam alij Sancti; sed alij Sancti propter participationem diuinæ bonitatis possunt dici dominici: ergo multo magis Christus.

Præterea. Sicut Dominicus dicitur denominatiuè à Domino, ita diuinum dicitur denominatiuè à Deo: sed Dionysius nominat frequentissimè Christum *diuinitissimum IESVM*; poterit ergo Christus dici dominicus homo.

Præterea. Non obstante, quod Deus factus est naturaliter, & essentialiter homo, quia assumpsit naturam, & essentiam humanam, dicimus, Deum esse humanatum, quod est denominatiuum de homine: pari ergo ratione, non obstante, quod Christus essentialiter est Dominus, poterit dici Dominicus.

Præterea. Conditio seruitutis magis expri-

Philip. c. 2.

exprimitur nomine serui, quàm Dominici; sed Apost. ad Philip. 2. naturam, vel formam serui ponit in Christo, dicens: *Exinanivit semetipsum, formam serui accipiens*: si ergo quilibet seruus potest dici Dominicus, quia est possessio sui Domini, Christus faciens semetipsum seruum, formam serui accipiens, poterit dici dominicus.

IN CONTRARIUM est, quia quod prædicatur de aliquo essentialiter, non potest (vt videtur) prædicari denominatiuè, quia hæc duæ prædicationes essentialis, & denominatiua ex opposito distinguuntur: ergo &c.

Præterea. Ad idem facit autoritas Augustini, quæ habetur in littera, quòd non rectè dicitur Christus homo dominicus, asserens, quòd si aliquando hoc dixisset, hoc dixisse nollet, &c.

D. P. August. nollet se dixisse, Christum esse hominè dominicum.

A test sumi causaliter, & effectiuè, vt possunt dici verba dominica, si sint causata, vel effecta ab aliquo domino. Concludunt ergo scripta communia, quod cum Christus sit essentialiter Deus, & essentialiter Dominus, quia talia competunt diuinis suppositis essentialiter, cum dicantur de omnibus, & non pluraliter: Nam, vt habetur in Symbolo, *Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus, non tres Domini, sed vnus est Dominus*, & quia hæc est differentia in diuinis inter ea, quæ dicuntur essentialiter,

Opinio communis.

B & personaliter, quia quæ dicuntur essentialiter, dicuntur de qualibet persona, singulariter, & de omnibus non pluraliter: & quia tale nomen est, *Dominus*, quod dicitur de qualibet persona singulariter, quia quælibet persona singulariter est dominus, non tamen sunt tres Domini, sed vnus est Dominus: non autem est sic de hoc nomine, persona, quia persona est Pater, persona est Filius, persona est Spiritus Sanctus, non tamen vna persona, sed tres personæ. Cùm ergo hoc nomen, Dominus, dicatur de qualibet diuina persona essentialiter, quia dici essentialiter, & per essentiam, opponitur ei, quod dicitur participatiuè, vel possessiuè, vel secundum partes, vel effectiuè, ideo nullo illorum modorum quatuor, potest dici Christus homo dominicus, sed homo essentialiter dominus.

In diuinis quæ dicuntur essentialiter, dicuntur de qualibet persona singulariter, & de omnibus non pluraliter.

RESOLVTIO

Christus non dicitur homo Dominicus, nisi per extensionem, & secundum variam significationem: non autem proprie, quia non est denominatiuè dominicus, vel participatiuè, possessiuè, partialiter, aut causaliter; sed essentialiter: quæ verò de Christo denominatiuè prædicantur, proprie dominica dici possunt. Dicitur tamen Christus esse corpus, non de genere quantitatis, seu substantiæ, indirectè, sed de genere substantiæ directè, quia est vniuocè homo.

Contrarium autem habetur à Gregorio in quadam Homilia Paschali, vbi corpus Christi, quod iacuit in sepulchro dicit esse Dominicum, sed constat, quòd Christus verè erat illud corpus, quod iacuit in sepulchro, nam illud corpus iacens in sepulchro non fecit aliud suppositum à Verbo, sed sustentabatur in supposito Verbi, vt ex hoc verè Filius Dei dicatur iacuisse in sepulchro, quia verè erat illud corpus, quod in sepulchro iacebat, & verè dicitur descendisse ad inferna, quia illa anima, secundum quam descendebat, non faciebat suppositum, sed sustentabatur in supposito Verbi. Propter quod vere ei Filius poterat dici illa anima. Si ergo illud corpus dicebatur dominicum, & Christus erat illud corpus Christus erit dominicus: sic esset si Christus erat illa anima, & illa anima poterat dici

D. Greg.

RESPONDEO dicendum, quòd (vt communiter ponitur) hoc adiectiuum, Dominicus quadrupliciter sumi potest, quia vel sumitur participatiuè, vt quando aliquis non est rectè, & essentialiter dominus, sed aliquo modo participat dominium, poterit dici dominicus: Secundo modo potest sumi possessiuè, vt quando aliqua res est possessio alicuius domini, illa res potest dici dominica, idest possessio domini, sicut cappa, vel vestis diceretur dominica, si esset possessio alicuius domini. Tertio potest sumi partialiter, vt potest dici pes dominicus, vel manus dominica, si sit pars, vel membrum alicuius domini. Quarto modo potest

Hoc adiectiuum, dominicus, potest sumi participatiuè, possessiuè, partialiter, & causaliter.

dici dominica, Christus informatus illa anima, poterat dici dominicus.

Christus nō dicitur homo domini eius propriè nec rectè.

Opinio Acgidij.

Omnia, quæ erant in Christo poterant dici dominica, Ipse autem nequaquã.

Prædicatio essentialis, & denominatiua sunt sibi inuicè repugnantes.

Ea quæ prædicantur de Christo denominatiuè potest dici dominica.

Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus, quòd, cum quæritur, Vtrum hæc loquutio sit propria, Christus est homo dominicus: dicemus cum Augustino, vt habetur in littera, quòd Christus non rectè dicitur homo dominicus, & si aliquando hoc dixit Augustinus, quòd Christus est homo dominicus, dicit, se hoc nolle dixisse, & quia non dicitur rectè, non dicitur propriè: si Christus non rectè dicitur homo dominicus, non dicitur hoc propriè. Aduertendum tamen, propter

obiectiones possibiles fieri, quòd omnia, quæ erant in Christo, & prædicabantur de Christo, poterant dici dominica. Ipse tamen Christus, cum esset essentialiter dominus, vt est per habita manifestum, non propriè, nec rectè, nisi fortè in illa alia significatione, vel extenso nomine non potest dici dominicus, quia prædicatio essentialiter, & denominatiua sunt sibi inuicem repugnantes. diximus autem, quod id, quod prædicatur essentialiter, non debet prædicari denominatiuè, nisi sumatur in alia significatione; nam aliquis homo dicitur homo essentialiter, & dicitur humanus denominatiuè, sed hoc est in alia significatione, quia ibi humanus idem sonat, quod mitis, & mansuetus, & aliquis homo dicitur animal essentialiter, & dicitur animal denominatiuè, sed hoc erit in alia significatione, quia ibi animal secundum vnum modum accipiendi, idem sonat, quod bestia.

Concludamus ergo ex habitis, quòd ea, quæ erant in Christo, & non prædicabantur de Christo, sicut pes, & manus, erant, & sunt in Christo, tamen non prædicantur de Christo, nisi denominatiuè, quia Christus non est sua manus, sed est manuatus; sicut ergo talia prædicantur denominatiuè de Christo, sic dominicum, quod est denominatiuum de, *Dominus*: potest de talibus prædicari, vt pes Christi potest dici pes dominicus, & manus eius, manus dominica, ipse tamen Christus non est propriè denominatiuè dominicus, sed essentialiter dominus: hoc ergo modo poterit haberi plena solutio propositæ quæstionis.

Propter verba autem D. Gregorij su-

perius adducta, posset dubitari, An Christus sit corpus, ad quod dicendum, quod corpus potest sumi tripliciter. Vno modo, vt est directè in genere substantiæ, & vt est in tali genere, tanquam totum, & hoc modo Christus, cum sit vniuocè homo cum alijs hominibus, & essentialiter homo, sicut & quilibet homo, est essentialiter huiusmodi corpus.

Secundo modo potest accipi corpus, non vt est directè in genere substantiæ, & tanquam totum, sed vt est in huiusmodi genere per reductionem, & tanquam pars, vel tanquam principium, sicut cum dicimus, quòd homo est compositus ex anima, & corpore; tale enim corpus, quod est pars hominis non prædicatur de homine essentialiter, nec est in genere substantiæ directè, sed per reductionem, vt principium materiale, quia tale corpus non est homo, sed materia, ex qua constat homo. Ex tali enim corpore, tanquam ex materia, & anima rationali tanquam forma, constat, & componitur homo, qui est directè in genere substantiæ, & de quo essentialiter prædicatur substantia tanquam

genus. De corpore autem, quod est materia hominis, & de anima, quæ est forma hominis non prædicatur substantia, quæ est genus, sed quæ est analogum. Vnde Boetius in commento super prædicamenta, volens determinare quomodo Philosophus accipit substantiam, quæ est genus, ait: *Substantia potest dici ipsa materia, & potest dici substantia ipsa forma, & potest dici substantia etiam ipsum compositum ex materia, & forma*, & subdit, *relictis extremis agit de medio*, quasi dicat, quod substantia, quæ est genus, non est ipsa materia, quæ est vnum extremum; nec est ipsa forma, quæ est alterum extremum, sed est ipsum medium, quod est compositum ex materia, & forma. Nō enim est per se in genere, quod non habet per se esse, Materia ergo, & forma per se, & directè non sunt in genere substantiæ, sed sunt in huiusmodi genere, per reductionem, & tanquam principium; si autem sunt aliquæ formæ, quæ de se non sunt perfectiones materiæ, cuiusmodi sunt intelligentiæ illæ, quæ habent per se esse, & sunt naturæ habere per se esse, poterit per se esse in genere, & tamen dicentur aliquando tales

Corpus tripliciter sumitur.

Christus est homo vniuocè cum alijs.

Substantia, quæ est genus nō prædicatur de corpore, neque de anima: sed quæ est analogi

Materia, & forma non sunt in genere substantiæ directè, sed reduciuntur.

formæ

formæ carere genere, quia fortè non sunt in genere substantiæ: quod non sic intelligendum est, ita vt intelligentiæ non determinentur ad genus substantiæ, sed quia substantia non est vnum prædicamentum naturale, licèt possit dici vnum prædicamentum logicum, secundum quem modum non sunt nisi decem prædicamenta, & substantia non constituit nisi vnum prædicamentum. Naturalis tamen Philosophus fortè diceret, prædicamentum substantiæ esse tria prædicamenta, quia vnum tale prædicamentum constituit corpora corruptibilia: Aliud corpora incorruptibilia: Tertium autem prædicamentum substantiæ constituit intelligentias, quæ sunt formæ separatae, quia non sunt corpora, nec perfectiones corporum.

Tertio modo potest accipi corpus, quod nec est in genere substantiæ tanquam totum, sicut sunt composita ex materia, & forma, nec est in tali genere per reductionem, & tanquam pars, vel tanquam principium, sicut sunt materia, & forma, sed est in genere quantitatis directè, & est ipsa quantitas continua, secundum quem modum loquitur Philosophus in Prædicamentis, dicens: *Est autem discreta quantitas, numerus, & oratio, continua verò linea, superficies, corpus.* Hoc est enim linea quantitas continua, habens longitudinem sine latitudine, & profunditate. Hoc autem est superficies, quantitas continua habens longitudinem, & latitudinem sine profunditate. Hoc autem est corpus, quod est quantitas continua, habens longitudinem, latitudinem, & profunditatem.

Cùm ergo quæritur, Vtrum Christus sit corpus, certum est, quòd Christus est corpus, quod est in genere substantiæ, aliter autem non esset vniuocè homo cum alijs hominibus. Nam quilibet alius homo, est tale corpus, quod est directè in genere substantiæ, tamen non est corpus, quod est in genere substantiæ tanquam materia, quia nullus homo est tale corpus, nec est corpus, quod est quantitas continua, & in genere quantitatis directè, quia nullus homo est tale corpus. Christus autem est verè homo, & est vniuocè homo cum alijs hominibus. Quid

Aegid. super iij. Sent.

A autem dicendum sit de illo triduo, quando corpus fuit separatum à sua anima rationali, & anima rationalis à suo corpore, quia corpus illud fuit positum in sepulchro, anima verò rationalis descendit ad inferna. Vtrum Christus esset illud corpus, & illa anima: inferius, cùm disputabitur: Vtrum Christus fuerit homo, in illo triduo: poterunt hæc omnia declarari.

RESP. AD ARGVM.

B Ad primum respondetur, quòd Aug. (vt patet ex littera) retractauit dictum, illud, dicens nolle se dixisse, quòd Christus est homo dominicus: vel possumus dicere, hoc nomen significare naturam, vel suppositum, si significat naturam humanam, natura illa potest dici dominica, licèt enim Christus sit sua Deitas, quia Deitas prædicatur de quolibet suo supposito, tamen non est sua humanitas, quia humanitas non prædicatur in abstracto de quolibet suo supposito, sed prædicatur in concreto. Nullum enim suppositum humanum est humanitas, sed est homo; ergo quia humanitas, siue natura humana est in Christo, & prædicatur de Christo, ideo secundum regulam, datam superius, talis natura potest dici dominica, licèt Christus non sit denominatiuè dominicus, sed essentialiter dominus. Et hoc est, quòd scripta communia dicunt, Christum non dici dominicum ratione suppositi, sed ratione naturæ, quæ fuit dominica, quantum ad rationem dominij.

D Ad secundum dicendum, quòd non est similitudo de Christo, & alijs hominibus; Nam alijs Sancti possunt dici dominici per comparisonem, seu participationem diuinæ bonitatis, & diuini dominij, sed Christus, qui non erat purus homo, & non erat solùm homo, sed erat Deus, & homo, non propriè poterat dici denominatiuè dominicus, quia cùm esset verè, & essentialiter Dominus Deus, erat plenè, & essentialiter Dominus.

Ad tertium dicendum est, quòd loquendum est vt plures; sic ergo loqui debemus, vt Doctores, & Sancti loquuti sunt. Et quia hoc nomen diuinum de ip-

B b sis

Substantia nõ est vnũ prædicamẽtum natura le; sed vnũ prædicamẽtum logicũ

Philosophus naturalis dicere potest, prædicamẽtum substantiæ, esse tria prædicamẽta.

Arist. in prædicam. Quant.

Quid sit linea, superficies, & corpus.

D. P. Aug. retractauit sent.

Hoc nomen dominicus, si dicit naturam humanam, conceditur, quòd dicatur dominica: non autem si dicit suppositum.

Non est æqua ratio, de Christo, & de alijs Sanctis, quia dominũ cõperit Christo essentialiter: alijs verò Sanctis participatiuè.

Loqui debe-
mus, vt Do-
ctores Sãci
de Deo lo-
quuti sunt,
qui tribue-
runt diuinis
personis no-
men diuini,
& non no-
men domi-
nici.

sis personis dicitur, quia personæ illæ tres dicuntur diuinæ, quarum quælibet est verus, & essentialiter Deus, ipsa tamen natura, & Deitas dicitur diuina, non tamen dicitur dominica, nec aliqua diuinarum personarum dicitur dominica, quælibet tamen talis persona dicitur diuina, & ideo non est simile de hoc nomine diuino, & dominico. Nam (vt ait Dionysius de diuinis nominibus cap. 1. *De hac igitur, sicut dictum est, super substantiali, & occulta deitate non est audendum dicere, nec cogitare aliquid præter illa, quæ diuinitus nobis ex sacris eloquijs sunt expressa*: Ipse tamen idem Dionysius appellat Christum IESVM diuinissimum, non tamen dicit ipsum dominicum.

Ad quartum dicendum, quod non est simile de Christo, & alijs hominibus. Nam alij puri homines non fuerunt supposita, antequam essent homines, ideo nullum tale suppositum debet dici humanatum, sed Christus fuit verum suppositum, & verus Deus, antequam esset homo, ideo potest dici humanatus. Tantum enim potest arguere argumentum, quod in alijs hominibus natura humana est substantia, & habet modum substantiæ, quia non aduenit rei post esse completum; sed in Christo humanitas, quamuis sit substantia, habet tamen quendam modum accidentis, quia aduenit Filio Dei post esse completum, & ideo non constituit suppositum in Christo, sed sustentata est in supposito, prius ab æterno in esse constituto; & in hoc humanitas Christi habet quendam modum accidentis, quia accidentia non constituunt suppositum, sed sustentantur in supposito, & ratione istius modi accidentalis, humanitas Christi aliquando vocatur habitus, iuxta illud Apostoli: *In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo*: Per illum ergo eundem modum, per quem humanitas Christi vocata est habitus, potest vocari indumentum, propter quod aliquando inuenitur, quod Filius induit se carne, & quod tota Trinitas induit Christum carne, & licet fuerint tres induentes Filium carne, tamen solus Filius fuit indutus carne, quæ omnia, si rectè considerentur, patet, quod humanitas in Christo

Non valet
similitudo,
quia huma-
nitas in Chri-
sto habuit
modum ac-
cidentis, nõ
autem in a-
lijs homi-
nibus.

A differt, prout est in alijs hominibus, & differt à vestimento. Nam alij homines per suam humanitatem sic sunt homines, quod non debent dici humanati, quia humanitas in eis non habet modum accidentis; & sic alij homines sunt vestiti, quia non sunt suum vestimentum, sed Christus homo est humanatus, & est vestitus carne tanquam vestimento.

Ad quintum dicendum, ex seruitute non posse argui, quod Christus sit dominicus, nam licet seruus debeat dici dominicus, quia est possessio Domini, non tamen debemus concedere, quod Christus sit seruus, nam illud ad Galat. 4. *Itaque iam non est seruus, sed Filius*, principaliter, & naturaliter verificatur de Christo, qui est Dei Filius naturalis, ex consequenti autem non naturaliter, sed per gratiam adoptionis verificatur de quolibet bono Christiano: quilibet enim bonus Christianus iam non est seruus, dicente Christo discipulis suis: *Iam non dicam vos seruos, sed amicos*. Est ergo quilibet bonus Christianus, non Dei seruus, sed filius, non naturalis, sed adoptiuus, idest per gratiam adoptionis. Non ergo sumus serui, loquendo de seruitute timoris, quia *Perfecta charitas foras mittit timorem*, sed sumus serui, loquendo de seruitute amoris. Ideo signanter Dominus loquutus est, cum dicit: *Iam non dicam vos seruos, sed amicos*. idest non dicam vos seruos timoris, sed seruos amoris, aliter contradiceret sibi dicenti: *Cum omnia benè feceritis, dicite, serui inutiles sumus, & quod debuimus facere fecimus*. si ergo nullo modo essemus serui, nec amoris, nec timoris, præfata verba Christi non possent verificari.

Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, quod ex seruitute concludere non possumus, Christum esse hominem dominicum: nam Christus, licet acceperit formam serui, iuxta illud ad Philipp. 2. *Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens*, tamen non est seruus, quia (vt per eundem Apostolum probauimus ad Gal. 4. *Itaque iam non est seruus, sed Filius*, quod principaliter, & naturaliter verificatur de solo Christo. Ipsa ergo natura humana Christi potest dici natura serui,

Galat. c. 4.

Io. c. 15.

Quilibet
bonus Chri-
stianus dici
tur Dei ser-
uus amoris,
nõ timoris.

Philipp. c. 2.

Natura humana in Christo potest dici natura serui, & natura dominica: non autem suppositum, quod essentialiter est verus Dominus.

ferui, & potest dici res dominica, vel natura dominica. Ipsum tamen suppositum Verbi, vel ipsa persona Verbi, quæ naturaliter, & essentialiter est verus Deus, & verus homo, sicut non debet dici feruus, sed filius, sic non debet dici possessiuè Dominus, sed essentialiter, & naturaliter Dominus.

A humana, vel suppositum, & persona: si ergo hæc est vera, Deus factus est homo, vel hoc erit, quia natura diuina facta est natura humana, quod est impossibile, vel quia suppositum, siue persona diuina factum est suppositum, vel persona humana, & tunc essent ibi duo supposita, & duæ personæ: quod omnes catholici negant.

Præterea. Quando conditio est diminuens, non potest argui simpliciter, vt quia mortuum diminit de ratione hominis, non valet. Sortes est homo mortuus: ergo Sortes est homo; magis autem valet arguendo negatiuè: Sortes est homo mortuus; ergo Sortes non est homo; sed quando conditio est non diminuens, potest illud argui esse simpliciter, & absolutè, vt quia albus non est conditio diminuens, ex tali addito potest argui absolutè, & simpliciter, quòd si Sortes est homo albus, quòd est homo simpliciter, & absolutè: cum ergo homo non sit conditio diminuens, si verum est dicere, quod Deus est factus homo, verum erit dicere simpliciter, & absolutè, Deus est factus, quod nullus sanæ mentis concederet.

IN CONTRARIVM est, quod habetur Ioann. 1. *Verbum caro factum est*: sed Verbum est Deus, iuxta illud: *Deus erat Verbum*: & caro stat ibi pro homine, vt patet per Augustinum 2. de Trinit. cap. 6. exponentem, *Verbum factum est caro, quia factum est homo*. Si ergo Verbum est Deus, & factum est homo, siue caro, quia factum est homo: ergo Deus factus est homo.

Præterea. in Symbolo dicitur de Filio quòd est *Deus de Deo*; & postea subditur de eodem Filio, *Et homo factus est*: si ergo Deus, quia est Deus de Deo, & factus est homo: ergo Deus factus est homo.

Præterea. Quod est, & non prius fuit, debet esse factum: sed Filius modo est homo, & est dare tempus, in quo non erat homo: ergo Filius cum sit Deus, Deus factus est homo.

ARTIC. III.

Vtrum hæc loquutio sit propria, Deus factus est homo. Conclusio est affirmatiua.

D. Thom. 3. p. q. 16. ar. 6. Caiet. Medina. Siluius. Suarez. Cabrera ibidem. Philipp. Faentin, in 3. d. 7. q. 2. disput. 18. Scotus q. 2. Radda tom. 5. controu. 8. ar. 1. Bon. d. 7. q. 1. Argent d. 7. q. 1. art. 3. Aestius d. 7. s. 2. Valentia puncto 4.



ERTIO quæritur. Vtrum hæc loquutio sit propria: Deus factus est homo: & videtur, quod non solum sit impropria, sed etiam sit falsa, nam mutatio est ad formam; omnis autem factio est quædam mutatio: cum ergo, vt habetur Iacob. 1. *Apud Deum nulla sit transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio*: ergo &c.

Præterea. Factum esse, est terminus de fieri, quod quidem fieri significatur circa illud suppositum, quod dicitur esse factum: cum ergo Deus non possit esse suppositum alicuius fieri, igitur &c.

Præterea. Terminus factionis, vel est ad melius, vel ad deterius, vel ad æquale: sed nihil aliud à Deo, est melius Deo, quia secundum Anselmum: *Deus est quo melius excogitari non potest*, nec aliquid à Deo potest esse æquale Deo, quia creatura, vel factura suo creatori, vel factori æquari non potest; nec etiam potest fieri deterius, quia Philosophus in 12. dum quærit vtrum Deus intelligat aliud à se, habet pro inconuenienti, quòd Deus possit vilescere.

Præterea. Per hoc nomen, homo, non possunt intelligi, nisi duo, vel natura. Aegid. super iij. Sent.

Iac. c. 1.

Aristot. 12. Met. c. 5.

RESOLVTIO

Hæc propositio est vera, Deus factus est homo, quia Verbum caro factum est, & Deus de Deo homo factus est, non per mutationem factam in Deo, sed in natura assumpta.

RESPONDEO dicendum, quòd Filius est diuinum suppositum, vel diuina persona, & hoc modo verificatur, Deus factus est homo, quia Filius, qui est verus Deus, factus est homo: cum ergo nulla alia persona diuina sit facta homo, sed solus Filius, oportet nos vnã facere distinctionem, per quam possit concludi, quòd sic Filius factus est homo, vt nec Pater, nec Spiritus Sanctus factus sit homo. Rursus cum factio, vel fieri videatur esse quãdam species motus, & apud Deum non possit esse transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, oportebit aliam distinctionem facere, vt sic verificetur hæc loquutio, Deus factus est

Actio, & passio sũt vna, & eadẽ res. ex Arist. 3. physic.

homo, quòd nulla realis mutatio ponatur in Deo. Propter quod sciendum, quòd facere, vel fieri, est quoddam agere, vel pati, quæ pro eodem sunt accipienda. Quia secundum Philosophum actio, & passio sũnt vna, & eadem res; sicut vna, & eadem via est, qua itur Thebis ad Athenas, & è conuersò: non differunt enim hæ duæ viæ, nisi quia vna incipit Athenis, & terminatur ad Thebas, alia è conuersò; sic actio, & passio, quæ, vt incipit ab agente, est actio, & vt recipitur in passio est passio. Idem est enim calefacere, & caleferi, & calefactio: sed dicitur calefacere, vt est à calefaciente, dicitur caleferi, vt recipitur in calefacto, & dicitur calefactio actio, vt est ab agente, & calefactio passio, vt est in patiente. Deus enim fecit hominem, quod est quoddam agere, & Deus factus est homo, & voluit fieri homo, quod est quoddam dictum per modum passionis; & ideo si videre volumus, quomodo omnia tria verificentur, distinguendum est de ipsa actione, & de termino actio-

A nis. Nam si volumus loqui de ipsa actione, quia indiuisa sunt opera Trinitatis, cum Trinitas egit illam actionem, tota Trinitas incarnauit Filium, vel tota Trinitas induit Filium carne; Pater enim, & Spiritus Sanctus induerunt Filium carne, & fecerunt Filium esse hominem, & ipsemet seipsum induit carne, & fecit semetipsum hominem, secundum quem modum loquitur Apostolus de Filio: *Exinaniuit semetipsum, non formam Deitatis perdens, sed formam serui accipiens, & seipsum carne, idest formam serui se induens*: ergo si volumus loqui de ipso agere, vel de ipsa actione, tota Trinitas est operata incarnationem illam, quia tota Trinitas fecit Filium hominem, & induit Filium carne. Sed si volumus loqui de termino huius actionis, quæ omnia possunt, ex superioribus esse nota, ad solum Filium, terminata est illa actio, & ideo solus Filius est incarnatus, & solus Filius factus est homo.

B Hæc ergo distinctio, quòd aliter loquendum est de actione, & de termino actionis, vel quod idem est, aliter loquendum est de passione, & de termino passionis, facit ad intelligendum hanc veritatem, quòd licet tota Trinitas fecerit, vel egerit incarnationem illam, vel licet per totam Trinitatem fuerit, ipsum fieri, & ipsum pati incarnationem illam, tamen illa incarnatio sumpta actiue, vel passiuè in ratione termini terminata est ad solum Filium. Propter quod solus Filius est incarnatus, & indutus carne.

Incarnatio, vt est actio vel passio, spectat ad totam Trinitatem; vt est terminus actionis, vel passionis attinet ad solum Filium.

C His itaque prælibatis, vt satisfaciamus secundæ dubitationi, quòd sic Deus factus est homo, vt nulla realis mutatio sit in Deo. Adducemus alteram distinctionem, quòd licet quicquid competit Deo, de nouo, vel ex tempore, id non possit fieri sine mutatione aliqua, mutatio tamen illa realiter erit in creatura, secundum rationem verò, & secundum intellectum nostrum tantum, poterit esse in Deo, & nihilominus ab illa verè, & realiter denominari ipse Deus: Nam verè Deus causat, & verè Deus mouet creaturam per tempora, & per loca: sed non creat creaturam per creationem, quæ sit in ipso, sed quæ

Quando aliquod denouo Deo aduenit si per mutationem creaturæ, non Dei.

realiter solum est in creatura, & verè A
Deus mouet creaturam, non per motio-
nem, quæ sit in ipso, sed quæ est in sola
creatura: possumus autem exemplificare
per istas creaturas. Nam verè ignis cale-
facit stuppam, non per calefactionem,
quam faciat in seipso sed quam facit in
sola stупpa: Nam loquendo de actione
transeunte in exteriorem materiam, non
dicimus, quòd actio sit in agente, &
passio in patiente; sed tam huiusmodi
actio, quam passio sunt in patiente, nam
tam calefactio actio, quam passio sunt in
stупpa calefacta, non in igne calefacien- B
te. Deus ergo factus est homo, sed hu-
iusmodi factio, siuè sumatur actiuè, quia
fecit se hominem, siuè passiuè, quia fa-
ctus est homo, non erit talis actio, vel
passio, vt importat motum, in Deo agen-
te, qui fecit se hominem, vel in Deo no-
minato passiuè, qui factus est homo, sed
erit talis actio, vel passio in sola natura
humana, quam in seipso accipit, & susci-
pit, faciendo se hominem: propter quod
per mutationem factam in natura huma-
na, non in natura diuina, Deus factus est
homo. Illa enim natura humana propriè C
à tota Trinitate, appropriatè verò à Spi-
ritu Sancto fuit formata, & facta ex pu-
rissimis sanguinibus Virginis, quod sine
vera, & totali mutatione talis natura fie-
ri non potuit. Verè enim denominatur
Deus à tali factione, quia verè dicitur
Deus factus homo, quia verè in seipsum
suscepit naturam humanam, quodcunque
autè suppositum, vel quæcunque persona
quæ habet in se naturam humanam, est ho-
mo, ideo verè Dei Filius est homo, & fa-
ctus est homo, non per mutationem, quæ
sit in ipso Deo assumente, sed quæ est in D
ipsa natura humana assumpta.

Possumus autem ad hæc omnia decla-
randa, exemplum ponere de ipso domi-
nio: Nam Deus ex tempore, idest, quan-
do fecit mundum, factus est dominus ip-
sius creaturæ: ante enim factionem mun-
di, quia non erat, nisi solus Deus, ideo
Deus non erat Dominus, quando fecit
mundum, in quo creauit Angelos, qui
facti sunt ad seruiendum Deo, licet aliqui
eorum per liberum arbitrium se auerte-
rint ab eo, sed ex hoc non potuerunt ef-
fugere, quin essent serui Dei: sicut enim

Aegid super iij. Sent.

non possumus effugere, quin continea-
mur a coelo, & quando fugimus ab vna
parte coeli, accedimus ad aliam, vt quan-
do fugimus ab occidente, accedimus ad
orientem: sic non possumus effugere,
quin simus serui Dei, & in manu Dei; &
quando fugimus manum premiantem,
accedimus ad manum punientem; &
quod dictum est de Angelis, qui propriè
sunt intellectuales, veritatem habet de
hominibus, qui propriè sunt rationales:
Nos enim homines sumus serui Dei, &
non possumus effugere manum eius; & si
fugimus manum præmiantem, incidimus
in manum punientem. Quod autè dictum
est de creaturis rationalibus, & irrationa-
libus veritatem habet de inanimatis, &
insensibilibus, de ventis, de mari, iuxta
illud Matth. 8. *Imperauit ventis, & mari,*
& facta est tranquillitas magna. & ibi-
dem dicitur, *Homines, qui erant in mari*
cum IESU, qui erat verus Deus, & Dei
Filius, *mirati sunt dicentes: Quis est hic,*
quia venti, & mare obediunt ei? Deus er-
go de nouo, & ex tempore factus est do-
minus, non per mutationem factam in
ipso, sed per mutationem factam in crea-
tura; sic Dei Filius, non obstante, quòd
est vnus, & verus Deus, cum Patre, &
Spiritu Sancto, de nouo, & ex tempore
factus est homo. Et hæc est vera, & pro-
pria, Deus factus est homo, non per mu-
tationem factam in ipso Deo, vel in natu-
ra diuina, sed per mutationem factam in
natura humana, quod declarare volebã.

Sed dubium esse potest de modo, quo
dicta propositio verificatur, ideo respon-
detur, secundum quod communiter di-
citur, & benè, quòd in ista propositio-
ne, *Deus factus est homo,* hoc participium
factus, vel refertur ad totam propositio-
nem, vt sit sensus, Deus factus est homo:
idest factum est, quòd Deus sit homo:
dicitur enim hoc esse factum, quia omne
quod incipit de nouo esse, sine aliqua fa-
ctione, & sine aliqua mutatione esse non
potest, & hoc modo, nullo dubitante,
præfata est vera, *Deus factus est homo,*
quia ex tempore, & de nouo incipit ef-
se homo, non per mutationem factam
in Deo, sed per mutationem factam
in humana natura, quam sine sui muta-
tione assumpsit Deus, idest Dei Filius in

Bb 3 seipso,

Deus creat
creaturas
non per crea-
tionem, quæ
sit in ipso,
sed in crea-
tuis,

In actione
transeunte,
tam actio,
quam passio
est in patie-
te.

Quando fu-
gimus Dei
manum præ-
miantem: ac-
cedimus ad
manum pu-
nientem.

Matth. 8.

Hæc parti-
cipium, fa-
ctus, sic dicit
supra totam
propositio-
nem, vel su-
pra vnū ex-
tremum non
comparati-
uè, ipsam
veram red-
dit: si verò
cadit supra
alterum ex-
tremum,
comparati-
uè, facit eam
falsam.

Deus ex tẽ-
pore factus
est Domi-
nus.

seipso, & eam accipiendo factus est homo. Secundo modo hæc factio, vel hoc participium factus, potest determinatè, & absolutè determinare alterum extremorum oppositorum, & sic est loquutio falsa, quia omnis determinatio potest prædicari de suo determinante: si ergo huiusmodi factio, vel participium, factus, determinatè, & absolutè respiceret, vel Deum, vel hominem, semper loquutio est falsa: nam hoc est falsum, quod Deus in se, & absolutè sit factus, sic etiam hæc est falsa, quòd ille homo, demonstrato IESV Christo in se, & absolutè sit factus: Nam homo ille dicit suppositum æternum, cui in se, & absolutè repugnat factio. Tertio modo illa factio, vel hoc participium, factus, potest determinare, vel determinatè referri, non ad totam loquutionem secundum se, nec ad partes loquutionis, vt ad prædicatum, & subiectum secundum se, sed ad partes loquutionis, vt vna comparatur ad aliam: & sic etiam est vera, quòd Deus factus est homo, quia Deus, idest Dei Filius, non per mutationem factam in se, sed per mutationem factam in natura humana, assumens huiusmodi naturam in se, factus est homo: sicut enim Deus tota Trinitas creauit creaturam, & conseruat eam in esse, non per mutationem factam in se, sed per mutationem factam in creatura; sic Deus tota Trinitas induit Filium carne, & per operationem totius Trinitatis Filius est indutus carne, & est factus homo: sed licet tota Trinitas vniuerit Filium carne, & fecerit Filium hominem, non per mutationem factam in se, sed per mutationem factam in natura humana. Tamen ista vniõ terminata est ad solum Filium: propter quod non tota Trinitas, sed solus Dei Filius est vnitus carni, & indutus carne, & factus homo.

Aduertendum tamen, quòd cum duobus modis sit verificata hæc propositio, *Deus factus est homo*, vno modo verificata est, prout huiusmodi factio refertur ad totum, quia hoc totum factum est, quòd Deus est homo. Alio etiam modo verificatur, prout huiusmodi factio refertur, non ad prædicatum, vel ad subiectum, sed prout determinat vnum in comparationem ad aliud, Primum tamen modum

A verificandi aliqui impugnant dicentes, quòd non propriè hæc determinatio, vel hoc participium, factus, potest referri ad totum, quia modales propositiones, sicut est, *necessarium, possibile, contingens*, propriè respiciunt propositionem totam, propositiones autem de inesse, videntur respicere non propositionem totam secundum se, sed vnam partem in comparatione ad aliam. Et quia secunda verificatio huiusmodi loquutionis, quòd Deus factus est homo, est prout huiusmodi factio determinat vnam partem propositionis in comparatione ad aliam; ideo secundum modum verificandi approbant, & non primum. Verum, quia loquendum est, vt plures, & maximè in Philosophia loquendum est, vt Philosophi loquuti sunt, in Theologia verò, vt loquuti sunt Sancti, quia Philosophi nostri, sunt Sancti nostri: cum August. 1. de Trinit. cap. 13. hoc modo verificet hanc propositionem, *Deus factus est homo*, prout hæc determinatio refertur ad totum, dicens: *talis erat illa susceptio humanæ naturæ, quæ Deum fecerit hominem, & hominem Deum*. Ergo per illam susceptionem humanæ naturæ factum est, quòd Deus sit homo, & e conuerso; sed (vt patet ex dictis) sic exponendo factionem illam, est referre determinationem ad totum. Quod autem dicitur de modalibus, non multum stringit, nec plenè arguit, quia propositiones modales reducuntur ad propositiones de inesse, & propositiones de possibili, secundum quas sumitur primus modus modalium, æquipollent particulari affirmatiuæ; propositiones verò de possibili negatiuæ, vt *possibile est non esse, contingens est non esse*, secundum quas sumuntur propositiones secundi modi modalium, æquipollent particulari negatiuæ. Propositiones autem de impossibili, secundum quas sumuntur propositiones tertij modi, æquipollent vniuersali negatiuæ. Sed propositiones de necessario, secundum quas sumuntur propositiones quarti modi, æquipollent vniuersali affirmatiuæ. Propositiones ergo tertij modi se habent, vt *nullus*: propositiones quarti, vt *omnis*, propositiones primi, vt *quidam*: propositiones secundi, vt *quidam non*; & ideo primus, & secundus modus

Impugnatur primus modus ab aliquibus.

In philosophia loqui debemus vt Philosophi loquuti sūt. In Theologia, vt Theologi & Sancti Tom. 3.

Respondetur ad impugnationem factam.

Propositiones modales reducuntur ad propositiones de inesse.

us modalium opponuntur subcontrariè, A sicut *quidam, & quidam non*. Propositiones tertij, & quarti contrariè, *sicut omnis, & nullus*. & omnes propositiones tertij, & primi opponuntur subalternè, *sicut nullus, & quidam non*. Propositiones quarti, & secundi opponuntur contradictoriè, sicut *nullus, & quidam*. Cùm ergo modales reducantur ad illas de inesse, assignant improprietas, vbi non est improprietas: & vt declarem per Philosophum, dicemus, quòd Philosophus in 1. Priorum non assignat nisi tria genera propositionum, dicens, quòd diuersum est, inesse, & necessarium est in esse, & contingere in esse. Inesse ergo, quod distinguitur à contingere inesse, est inesse simpliciter, quia inesse simpliciter, secundum eundem Philosophum, ibidem, non differt ab inesse necessariò, nisi quantum ad id, quod adiacet terminus, quia in inesse simpliciter non fit mentio de necessario, vel non opponitur terminus hic contra necessarium, sed quantum ad rem ipsam, secundum eundem ibidem, non differt inesse simpliciter ab inesse necessario.

Cùm ergo isti dicunt, quòd necessarium, & possibile sint determinationes totius propositionis, non fulcitur eorum dictum per Philosophum, volentem, quòd propositiones de inesse simpliciter, quantum ad rem idem sunt cum propositionibus, vbi fit mentio de necessario. Improbant etiam aliter hoc dictum, quia cùm dicitur, Deus factus est homo, si huiusmodi facere pertineat ad totum, oporteret dare aliquod subiectum, de quo verificaretur ista, quòd esset Deus homo. Ad quod respondere possumus, quod illud subiectum dabimus, suppositum Verbi, quod subijcitur Deitati, idest naturæ diuinæ, per quam est Deus, quod fuit ab æterno, & ex tempore fuit subiectum naturæ humanæ, per quam factus est homo, & ideo æternum, factus est ex tempore homo. & hoc modo omnia dubia declarata sunt, & lucidata.

RESP. AD ARGVM.

Ad primum ergo, cum dicitur, fieri, vel factio, est quædam mutatio, dici potest, quod non eadem ratione dici-

tur aliquid mutatio, & factio; sed mutatio dicitur per comparisonem ad terminum à quo, quem dimittit, sed factio dicitur per comparisonem ad terminum, ad quem, quia illum terminum assumit; si ergo Deus, idest Dei Filius, fuisset factus homo, Deitatem perdens, fuisset mutatus, sed quia fuit factus homo, non Deitatem perdens, sed formam serui accipiens, non potest dici de eo mutatio, sed factio. Potest ergo dici factus homo, assumendo naturam humanam, sed non potest dici mutatus in hominem, quia eam assumendo, non perdidit diuinam.

Ad secundum dicendum, quòd suppositum diuinum non potest esse suppositum alicuius fieri, per quod mutetur, & per quod perdat quod erat; sed potest esse suppositum illius fieri, per quod non perdat quod erat, sed sine mutatione sui incipiat esse, quod non erat, sicut sine mutatione sui, cum creauit mundum, incepit esse creator, cum ante huiusmodi creationem non esset creator, sicut sine sui mutatione est effectus homo, assumendo naturam humanam, cum ante huiusmodi assumptionem, non esset homo. Est enim in talibus semper noua relatio, sed noua relatio potest acquiri nulla mutatione facta in ipso, & inde habuit originem dictum illud Philosophi, *In ad aliquid non est motus*.

Ad tertium dicendum, quòd ista factio fuit secundum aliquid inferius, & secundum aliquid minus se, quia *exinaniuit*, idest, quasi in infinitum humiliavit *semetipsum formam serui accipiens*, quia factus homo, poterat dici minor Patre, qui vt Deus erat æqualis Patri; non enim est arbitratus esse se æqualem Deo.

Ad formam autem arguendi, quòd Philosophus habet pro inconuenienti, vt Deus vilescat: potest dici, quod vilescere Deum, perdendo quod erat, est inconueniēs, at verò minorari Deum, non perdendo quod erat, sed dignariuè assumendo, quod non erat, non est inconueniens: si enim coactus fuisset, vt fieret homo, per quod esset minor Patre, esset inconueniens, sed quia dignatus est fieri homo, vt hominem redimeret, & saluaret, nullum est inconueniens: Nam secundum August. lib. 3. de Trinit. cap. 10.

Factio dicitur respectu termini ad quem: mutatio autem respectu termini à quo, primum ceditur, secundum ne gatur.

Fieri dupliciter, vel ceteri, vel ceteri amissione eius, qui erit: vel sine amissione: primo modo non competit supposito diuino, sed secundo modo.

Deum vilescere, perdendo quod erat, est inconueniens, minorari autem non perdendo quod erat, non est inconueniens.

Fieri minorem dupliciter, coactè, & dignariuè: primo modo dicitur imperfectionem non secundum modo.

Est

Aristot. 1. Prior. c. 1.

Negatur dictum improbatum opinionem Aegidij.

Alia improbatum opinionem Aegidij.

Ad aliud argumentum improbatum responsum.

Et si redemptionis, vel saluationis nostra, A fuerit alius modus possibilis; nostra tamen sananda miseria nullus fuit congruentior.

Illud idem
suppositum,
quod per
naturam diu-
nam erat
Deus, per na-
turam huma-
nam, est fa-
ctus homo.

Ad quartum dicendum, quod, vt patet ex antedictis, hoc modo, Deus factus est homo, non quod in Christo. sint duo supposita, sed quia illud idem suppositum, quod erat in natura diuina verus, & perfectus Deus ab æterno, suscipiens in se ex tempore naturam humanam, factus est ex tempore, & perfectus homo. Est autem in Christo distinctio naturarum, & vna natura non est in alia: sed non est in eo distinctio suppositorum, vel personarum, quia in vtraque natura non est, nisi vnum suppositum, & vna persona: quod dicitur in Symbolo de Christo. *Qui licet Deus sit, & homo, non duo tamen, sed vnus est Christus.* Quomodo autem sit vnus, ibidem concluditur, *Vnus autem non confusione substantiæ, sed vnitæ personæ.*

Ad quintum dicendum, quod si aliquis homo esset factus albus, non propter hoc diceretur ille homo simpliciter, & absolute factus: & quia natura humana in Christo habet modum accidentis, quia aduenit supposito post esse completum; ideo absolute, & simpliciter non debet concedi, quod Deus est factus, sed quod est factus homo.

Quod Deus est factus simpliciter non conceditur: sed bene conceditur, quod Deus est factus homo: quia natura humana in Verbo habet modum accidentis.

ra, nec propria, homo est factus Deus, sed conuersa erit propria, & vera, Deus factus est homo.

Præterea. cum dicitur homo factus est, aut ibi homo stat pro natura, aut pro persona, si pro natura, tunc est falsa, quia nunquam natura humana est facta Deus, nec vnquam Deus est factus natura humana: si pro persona, adhuc est falsa, quia non est in Christo nisi vna persona, quæ non potest dici facta Deus, quia semper fuit Deus.

Præterea. secundum Damasc. lib. 3. c. 4. *In Christo IESV est communicatio idiomatum in concreto*, quia quicquid dicitur de illo homine, potest dici de Filio Dei, quia est verus Deus: sed hæc est falsa: Filius Dei est factus Deus, ergo & hæc, Ille homo sit factus Deus.

Præterea. Quia Deus factus est homo, possumus verè dicere, quod Deus factus est recens: ergo si esset vera conuersa, homo esset factus Deus, esset verum dicere, homo esset Deus recens, quod est contra id, quod dicitur in Psal. *Non erit in te Deus recens.*

Præterea, Cum dicitur aliquid fieri, semper secundum intellectum præsupponitur ad id, quod dicitur fieri, vt si homo dicitur fieri albus, præsupponitur saltem secundum intellectum, quod primo sit homo, quàm albus: ergo si esset ista vera, homo factus est Deus, verum esset ad minus secundum intellectum, quod Christus fuisset prius homo, quàm Deus: quod nullus Catholicus diceret.

IN CONTRARIUM est, August. 1. de Trinit. cap. 13. dicens, quod talis fuit illa susceptio humanæ naturæ, quæ Deum faceret hominem, & hominem Deum: ex illa autem susceptione vtraque loquutio est vera, & propria, quia Deus est factus homo, & è conuersò.

Præterea. Factio, quæ importatur per participium, *factus*, vt cum dicitur, homo factus est Deus, secundum rem non ponitur in Deo huiusmodi factio, cum omnis mutatio repugnet Deo: sed talis factio secundum rem ponitur in natura humana, quia per factionem, & mutationem factam in humana natura, & non in Deo, verificantur tales propositiones de homine, & de Deo; ergo est magis propria ista, cum factio ponatur circa humanam

ARTIC. IV.

Vtrum hæc loquutio sit propria, Homo est factus Deus. Conclusio est problematica.

D. Thom. 3. p. q. 16. ar. 7. Caiet. Siluius. Cabrera. Alvarez. Medina ibid. Ricch. d. 7. q. 4. Bonau. d. 3. q. 3. Aeslius & Valentia vbi supra.



VAR T O quæritur. Vtrum hæc loquutio sit propria, Homo factus est Deus. Et videtur, quod non sit vera, nec propria. Nam (vt ait Damascenus lib. 3. cap. 2.) *Non dicimus hominem deificatum, sed Deum humanatum.* si ergo homo non est deificatus, hæc non est ve-

nam naturam, non circa Deum, quòd homo est factus Deus, quàm è conuersò.

RESOLVTIO.

Hæc propositio, Homo est factus Deus, potest dupliciter explicari: uno modo, ut ly factus, sumatur impersonaliter, & explicetur per genus neutrum, dicendo, factum est, quòd homo est Deus, & sic vera est: alio modo, ut ly factus explicetur masculinè, & ut iacet, & sic secundum se, est impropria, & secundum proprietatem loquutionis est falsa; quia genus masculinum includit ordinem temporis: neutrum nequaquam.

RESPONDEO dicendum, quòd scripta communia permanent in prima distinctione, dicunt enim, quòd hæc loquutio, sicut & præcedens potest tripliciter accipi, vel quòd factum est, ut homo sit Deus: & tunc ita vera est, quòd homo factus est Deus, sicut, & conuersa, quòd illa susceptio, & illa factio fecit Deum hominem, & è conuersò, vel (ut clarè pateat veritas quæstionis) si volumus loqui in hac materia, sicut loquerentur Grammatici, seruata proprietate vocabuli, dicemus, quòd cum dicitur, Deus factus est homo, & è conuersò, si hæc factio accipiatur impersonaliter, tunc rectè secundum proprietatem est sensus, qui dicitur, videlicet, quòd Deus factus est homo, & homo factus est Deus, & factum est, quòd Deus est homo, & è conuersò. Talis enim expositio, si fieri, vel factum esse sumatur impersonaliter, ut si esset quæstio de potentia generandi, quia hoc gerundium generandi, habet significationem actiuam, passiuam, & impersonalem; & ideo dicunt Grammatici, quòd gerundia dicuntur quasi duo genera, quia gerunt significationem actiuam, & passiuam, & si gerunt actiuam; & passiuam, gerunt etiam impersonalem, quia indistinctè comprehendunt vtramque significationem. Si ergo esset quæstio: Vtrum in Christo esset potentia generandi, esset congrua responsio; quòd si istud gerundium generandi sumatur actiuè, tunc potentia generandi est in solo Patre, quia solus Pater potest generare: si verò

A præfatum gerundium sumatur secundum significationem passiuam, tunc potentia generandi est in solo Filio, quia solus Filius, secundum quod huiusmodi potest generari: sed si præfatum gerundium sumatur secundum significationem impersonalem, tunc potentia generandi, idem erit, quòd potentia, per quam fit generatio; secundum quem modum potentia generandi, idest potentia, per quam fit generatio, est in Patre, Filio, & Spiritu Sancto. Nam potentia generandi secundum se, est ipsa natura diuina. Propter quod Magist. in 1. sent. ait, *Pater non est potens gignere, nisi natura.* & Damascenus lib. 1. cap. 8. dicit; *Generatio est opus natura: cum ergo natura diuina sit communis Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: exponendo impersonaliter: potentia generandi, idest, potentia, per quam fit generatio, quæ est ipsa natura diuina, sic est in qualibet persona Patre, Filio, & Spiritu Sancto.*

Ex his autem potest patere, quid dicendum sit de huiusmodi factioe, cum dicitur, *Deus factus est homo, vel è conuerso*; certum est, quòd si ibi factum esse tenetur impersonaliter, si dicatur hoc, factum est hoc; idest, factum est, quòd hoc sit hoc, tunc secundum loquutionem impersonalem vtraque vera est, *Deus factus est homo, & è conuersò*, quia talis fuit illa factio, & susceptio naturæ humanæ, quòd ex hoc vtrumque verificatur, videlicet *Deus est homo, & è conuersò*: sed verum est, quòd secundum proprietatem loquutionis significatio impersonalis magis importatur in neutro, quàm in masculino, & foeminino. Propter quod si neutraliter proferatur, *est, vtraque propositio, habebit veritatem, quia factum est, quòd homo est Deus, & è conuersò*; vtraque ergo loquutio, etiam propriè loquendo, hoc modo continet veritatem.

Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, quòd cum quæritur, *Vtrum hæc sit vera, & propria, homo factus est Deus*, patet, quòd si factio sumatur impersonaliter, quæ significatio impersonalis magis exprimitur per neutrum, propriè loquendo, quàm per aliud genus, tunc non est dubium, quòd ita factum est, quòd homo est

Potentia generandi potest sumi actiuè, passiuè, & impersonaliter: hoc idem in primo sentent. vbi hic modus distinguendi impugnatur.

D. Damasc. lib. 1. c. 8.

Si factio sumatur impersonaliter, & exprimitur per neutrum per nus, dicitur factum est, quòd homo est Deus, & è contra, ita concedi possunt distinx. propositiones, alias nequaquam est

est Deus, & è conuersò: & hoc intendunt verba Augustini, intelligentis impersonaliter de fatione, & susceptione illa, quia per eam factum est, quòd homo sit Deus, & è conuersò; sed si volumus loqui de proprietate huius loquutionis, quòd homo factus est Deus, credimus, quòd argumenta prima, hoc improbantia, continent veritatem. Nam si esset hæc propositio propria, homo est factus Deus: ita esset propria, homo est deificatus, sicut ista, Deus est humanatus, quod (vt patet) negat Damascenus.

Rursus, si hæc est propria, homo factus est Deus, cum hæc non sit vera, nisi per vnitatem suppositi, suppositum illud prius fuisset homo, quàm Deus; & quia hoc est falsum, quia primò, & ab æterno fuit Deus, & ex tempore factus est homo, hæc erit vera, & propria, quòd Deus factus est homo, & hæc omninò impropria, quòd homo factus est Deus, licet in neutro etiam impersonaliter propriè concedi possit, factum esse, quòd Deus sit homo, & è conuersò.

Ad id tendit etiam argumentum aliud, si esset id propriè dictum, homo factus est Deus, sicut quòd Deus factus est homo, posset verè concludi, quòd homo factus Deus, esset Deus recens, sicut Deus factus homo, est homo recens, secundum quem modum veritas loquutionis non concordaret, cum veritate rei, quia licet Christus possit dici homo recens, cum ex tempore factus sit homo; nullo modo debet dici Deus recens, quia est æternaliter Deus: concludamus ergo ex dictis, quòd neutraliter loquendo, secundum quem modum significatur sensus impersonalis, verum est, factum esse, quòd homo sit Deus, & è conuerso, sed si hæc loquutio sumatur in genere masculino, sicut proponit quæstio.

Si quæstio proposita intelligatur impersonaliter masculinè, hæc propositio, Homo factus est Deus, est valdè impropria: sed sua conuersa, scilicet, Deus factus est homo, est propria, & vera: sed neutraliter potest concedi

Vtrum hæc loquutio sit vera, & propria, homo factus est Deus: dicemus, quòd conuersa est propria, & vera, videlicet, Deus factus est homo, hæc autem valdè impropria, homo factus est Deus, & secundum proprietatem loquutionis est falsa. Argumenta autem procedebant vijs suis, quia prima improbant hoc masculinè, quòd homo non est factus Deus, quæ secundum proprietatem lo-

quutionis verum arguunt, & concludunt. Argumenta verò in contrarium verificant præfatam loquutionem impersonaliter, & in neutro, videlicet, factum est, quòd homo sit Deus, & è conuersò, tamen ad maiorem intelligentiam quæstionis soluemus omnia argumenta.

RESP. AD ARGVM.

Ad primum ergo, quando arguitur per Damascenum, quòd homo non debet dici deificatus, patet, quòd secundum proprietatem loquutionis, masculinè loquendo, homo non est factus Deus, quia non fuit Christus, prius homo, quàm Deus; sed Deus factus est homo, quia prius fuit Deus, & postea homo. Sed quæres, quare non conceditur in masculino, homo factus est Deus, & conceditur in neutro, factum est, quòd homo sit Deus? Ad hoc dici potest, quòd in neutro non importatur iste ordo, an Christus prius fuerit homo, quàm Deus, vel è conuersò, sed solū exprimitur veritas loquutionis, at verò in masculino, cum dicitur Deus factus est homo, includitur ordo temporis, vel ordo durationis, quia hoc modo, Deus factus est homo, vt prius fuerit Deus, & postea homo. si ergo esset vera conuersa, homo factus est Deus, Christus prius fuisset homo, quàm Deus, quòd patet esse falsum.

Ad secundum dicendum, quòd hæc loquutiones Deus factus est homo, & è conuersò, nullo modo verificari possunt pro natura, sed pro supposito; tamen secundum proprietatem loquutionis, hæc est vera & propria, Deus factus est homo, conuersa vero, homo factus est Deus, est impropria, & secundum proprietatem loquutionis est falsa.

Ad tertium dicendum, quòd homo, & Deus communicant sibi idiomata, retenta tamen proprietate loquutionis, sicut ergo non diceremus, Filius hominis factus est homo, ita non possumus dicere. Filius Dei factus est Deus. nam eo ipso, quo dicitur filius hominis, includitur, quòd sit homo, ideo repugnat sibi, vt homo fiat: Et quòd dicimus de filio hominis, veritatem habet de Filio Dei: Talis ergo communicatio idio-

Masculinè non conceditur: sed neutraliter, & ratio est, quia in masculino includitur ordo durationis: non autem in neutro, in quo solū exprimitur veritas loquutionis.

Dicitur propositio aduèta nō possunt verificari de natura, sed de supposito.

Deus, & homo communicant sibi idiomata: retenta tamen proprietate loquutionis.

idiomatum intelligenda est, sine improprietate, & repugnantia loquutionis.

Ly factus, masculinè dicitur ordinem temporis: neutraliter autem non: ideo primo modo negatur: secundum modo conceditur.

Ad quartum dicendum, quod hoc participium, factus, in masculino genere, ut patet per habita, importat ordinem temporis, in neutro vero huiusmodi ordinem non importat: propter quod, si factum est, quòd homo sit Deus, non potest ex hoc argui, quòd sit Deus recens, & ex hoc potest patere solutio ad quintum. Nam in neutro si dicatur, factum est, quòd albus sit musicus homo, non potest ex hoc argui ordo temporis, ut prius fuerit albus, quàm musicus, vel è conuersò. Nam quòdcunque illorum fuerit, videlicet, quòd aliquis prius fuerit musicus, & postea factus sit albus, vel è conuersò, semper in neutro verum est, videlicet, factum esse, quòd albus sit musicus, & è conuersò. Sic enim exponendo propositionem propositam, factio dicit ipsam existentiam rerum secundum se, non habito respectu ad ordinem temporis. Licet enim ab æterno fuerit Deus, & postea in tempore factus fuerit homo, sumendo factionem neutraliter, verum est, factum esse, ut Deus sit homo, &c. Sed si sumatur factio masculinè, ista est vera, & propria, Deus factus est homo, hæc autem est impropria, & secundum proprietatem loquutionis falsa, homo factus est Deus. Et id intendunt verba Damasceni, Deus est humanatus, idest factus est homo, non homo deificatus, idest, factus est Deus. Volebant ergo scripta communia quæstionem præcedentem solvere. Vtrum hæc sit vera, Deus factus est homo, per necessarium, & contingens, secundum quas conditiones modales dicebāt propositiones determinari, secundum se totas, sed melius dixissent si dixisset de hoc participio, factum, quia potest sumi neutraliter, & masculinè: sumptum autem neutraliter dicit existentiam rerum sine ordine temporis. Nam cum hæc sit existentia rerum, quòd Deus est homo, & è conuersò; verum est, factum esse vtrumque. Sed si sumatur factio masculinè, in tali factione importatur ordo temporis. Deus ergo factus est homo, quia prius fuit Deus, & postea factus homo, & non concedimus conuersam, quòd homo sit factus Deus, quia tunc fuisset

Responsio formalis, ut dictum est ad quartum.

A prius homo, quàm Deus. Nituntur etiam scripta communia solvere aliqua argumenta secundum illas tres positiones, de quibus in sexta distinctione loquuti sumus, sed cum inter illas, sola secunda opinio sit vera, solvere argumenta secundum alias duas positiones non veras, sicut est prima, & tertia, vel solvere argumenta secundum aliquam illarum duarum positionum non verarum, esset veritatem magis obuoluerè, quàm dilucidare. His autem transfursis, respondeamus ad argumenta in contrarium.

Deus factus est homo, conceditur, non conceditur autem, quòd homo factus sit Deus, & quare.

RESP. AD ARGUMENTA. quæ adducta sunt in contrarium.

Ad primum ergo argumentum, in quo dicitur, *Talis fuit illa susceptio, quòd hominem faceret Deum, & Deum hominem*, patet quatenus ibi factio accipitur neutraliter, videlicet per illam susceptionem factum esse, quòd homo sit Deus, & è conuersò.

Factio accipitur neutraliter in argumento non masculinè.

C Ad secundum, cum dicitur, homo est Deus, & non semper fuit Deus; ergo factus est Deus, dici debet, quòd de esse, ad factionem, non possumus arguere masculinè: Nam hæc est propria, homo factus est albus, quia prius fuit homo, postea albus, & hæc impropria, quòd albus factus est homo, quia non fuit prius albus, & postea homo; sic & in proposito, Deus factus est homo, & non è conuersò, ut est per habita manifestum.

De esse, ad factionem non possumus arguere masculinè: ideo negatur consequentia.

D Ad tertium cum dicitur, quòd factio, quæ importatur per participium, secundum rem non ponitur in Deo, vel in natura diuina secundum rem, sed in humana natura. Propter quod videtur hæc propria, quòd homo factus est Deus, quia, in humana natura facta est talis mutatio, non in Deo. Responderi potest, quòd vere Deus factus est homo, non per mutationem factam in Deo, sed in humana natura, sicut verè Deus creando mundum factus est dominus, non per mutationem factam in Deo, sed in humana natura, scilicet in seruo, vel in creatura, & quia hic de veritate, & proprietate loquutionis agitur, sufficit ad hoc, ut hæc sit vera, & propria, quòd Deus sit factus homo,

Deus verè factus est homo, non per mutationem factam in Deo, sed in creatura.

mo, quod prius fuerit verus, & perfectus Deus, & postea factus sit verus & perfectus homo. Vtrum autem hoc sit per mutationem factam in Deo, vel in alio nihil ad veritatem, & proprietatem loquutionis. nam hæc est vera, & propria, Deus creando mundum factus est Dominus, non per mutationem factam in se ipso, sed per mutationem factam in alio.

DISTINCTIONIS VII.

Pars Secunda Principalis.

De modis loquendi experimentibus incarnationis prædestinationem.

QVAESTIO VNICA.



DOSTEA quæritur de loquutionibus experimentibus incarnationis prædestinationem.

Circa quod quærentur tria.

Primo. Vtrum homo Christus sit prædestinatus esse Filius Dei.

Secundo quæritur de conuersa eius, Vtrum Filius Dei sit prædestinatus homo.

Tertio quæritur de ipso Filio Dei secundum se. Vtrum Filius Dei sit prædestinatus esse Filius Dei.

ARTIC. I.

Vtrum hæc sit falsa, Homo Christus est prædestinatus, esse Filius Dei.

Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 3. p. q. 24. ar. 2. Caiet. Medina. Siluius ibidem. Scot. in 3. d. 7. q. 3. Franc. de Mayrone. & Philip. Eguençin. ibid. disp. 19. Radda t. 3. cont. 5. ar. 1. Ricch. d. 7. q. 7. D. Bonau. d. 7. ar. 2. q. 3. Aestius d. 7. s. 3. Suarez 3. p. disp. 50. sect. 1. & 2. Valquez disput. 20. per totam. Aluarez disp. 77.



D primum sic proceditur: Videtur, quod hæc sit falsa, Homo Christus est prædestinatus esse Filius Dei. Nam, sicut illud, quod semper fuit, non fit, sic quod semper fuit, non prædestinatur,

quia prædestinatio importat quandam antecessorem ad rem prædestinatam: sed homo Christus supponit suppositum æternum, quod semper fuit: ergo non potest prædestinari.

Præterea. Sicut non potest dici homo factus Deus, quia Deus semper fuit; sic cum homo dicat suppositum æternum, quod semper fuit, non potest dici prædestinari: ergo &c.

Præterea. Homo Christus non potest importare, nisi vel humanam naturam in Christo, vel suppositum æternum, quod est Christus, sed humana natura, non est prædestinata esse Filius Dei, quia nunquam fuit, nec est, nec erit, quod humana natura sit Filius Dei; nec potest stare pro supposito diuino, quod est Filius Dei, quia illud suppositum semper fuit Filius Dei: ergo &c.

Præterea. Prædestinatio præcedit illud respectu cuius est, sed æternum non præceditur ab aliquo: ergo non potest esse prædestinatio respectu rei æternæ: at verò Filius Dei est æternus: ergo non potest dici prædestinatus Filius Dei.

C Præterea. Quicquid prædestinatur, ab æterno fuit prædestinatum: si ergo iste homo, vel Christus secundum quod homo est prædestinatus, ergo Christus secundum quod homo fuit ab æterno prædestinatus; sed secundum quod homo non competit ei esse quid æternum: ergo &c.

IN CONTRARIUM est, quod habetur ad Rom. 1. de homine Christo. *Qui prædestinatus est esse Filius Dei in virtute: ergo &c.* Rom. c. 1.

D Præterea. Homo Christus est Filius Dei, per gratiam vnionis, & hoc est præuisum, & præscitum à Deo ab æterno; sed quod sic est propositum à Deo ab æterno, quod homo sit Filius Dei, potest dici prædestinatus esse Filius Dei: ergo &c.

RESOLVTIO.

Christus, ut homo, est prædestinatus esse Filius Dei: ita docet Apost. & suadet ratio, quia Christus fuit Dei Filius naturalis, per gratiam vnionis, & prædestinatio

destinatio est preparatio gratiae, respicit A rem temporalem, & personam per comparationem ad naturam humanam.

RESPONDEO dicendum, quòd hæc quæstio est mota propter verba Apostoli ad Rom. circa principium, vbi cum prius dixisset de Filio, *Factus est ei ex femine Dauid, secundum carnem*, idest secundum quod habet esse homo; quia humanitatem accepit de femine Dauid, & de stirpe Dauid, postea subdit de illo homine, *Qui prædestinatus est esse Filius Dei in virtute*, fuit enim homo ille prædestinatus esse Filius Dei in virtute, idest in eadem potentia cum Patre, quia non factum est, quòd homo ille sit Filius Dei adoptiuus, sed sit Filius Dei naturalis, habens eandem virtutem, & potentiam cum Patre. Propter quod Magist. in Glossa volens hæc verba exponere, dicit, *Tria esse declaranda. Primò, videndum est, quid sit prædestinatio. Secundò, de quo sit prædestinatio, quantum ad æternum, & temporale. Vtrum prædestinatio sit de re æterna, vel temporali. Tertiò, videndum est etiam de qua re sit prædestinatio quantum ad naturam, & personam. Vtrum sit prædestinatio de ipsa natura, vel de ipsa persona, & si est prædestinatio de ipsa persona. Vtrum sit hoc secundum se, vel ut comparatur ad naturam.*

Propter primam quæstionem sciendum, quòd prædestinatio est preparatio gratiæ sine præcedentibus meritis, prout ergo Deus ab æterno per gratiam præparauit Christo homini, & cunctis alijs, quos præsciuit, conformes fieri imagini Filij Dei, & hoc sine meritis præcedentibus, dicitur Christus prædestinatus esse Filius Dei, & omnes Sancti, qui fuerunt, & qui sunt, & qui erunt finaliter conformes imaginis Filij Dei, dicentur esse filij Dei prædestinati; aliter tamen, & aliter: Nam Christus homo prædestinatus est esse Filius Dei naturalis per gratiam vnionis, sed alij Sancti, qui futuri sunt conformes imagini Filij Dei, idest ipsius Filij, qui est imago Dei (quæ verba habentur ad Rom. 8.) sunt prædestinati esse filij Dei huiusmodi Sancti, non naturales & per gratiam vnionis, sed adoptiuus, & per gratiam adoptionis: quæ gratia siue sit vnionis, vt in Christo, siue adoptionis, vt in alijs Sanctis, data

Aegid super iij. Sent.

est sine præcedentibus meritis, quia si daretur gratia pro meritis, tunc gratia non esset gratia, idest, non esset donum gratis datum, sed esset præmium pro meritis redditum: & ideo Magister in Glossa, loquens de huiusmodi prædestinatione, ait: *Præclarissimum enim lumen prædestinationis, & gratiæ est ipse Mediator Dei, & hominum, homo Christus IESVS, & subdit, ille enim homo, vt à vero Deo, Patri coæterno, in unitatem personæ assumptus, esset Filius Dei vnigenitus, unde hoc meruit, quod ergo eius bonum qualecunque præcessit, vt ad hanc ineffabilem excellentiam perueniret, vt homo ille esset vnicus Dei Filius?* quasi dicat, quòd nulla præcefferunt in illo homine merita, per quæ ad tantam excellentiam perueniret, vt esset Dei Filius naturalis, non per gratiam adoptionis, sed per gratiam vnionis, vel vt esset Filius Dei in eadem virtute, & in eadem potentia cum Patre. Declarata est ergo prima quæstio. Quid est prædestinatio, quia est sine præcedentibus meritis ab æterno gratiæ preparatio, vel gratiæ vnionis, quantum ad hominem Christum, qui prædestinatus est per gratiam vnionis esse Dei Filius naturalis, vel gratiæ adoptionis, quatum ad alios homines, & Sanctos, qui prædestinati sunt esse Filij Dei adoptiuus.

Soluta ergo prima quæstione, leue est soluere secundam quæstionem, de qua re sit prædestinatio, quantum ad rem temporalem, & æternam, quia de re æterna, secundum quod huiusmodi non potest esse prædestinatio, nam prædestinationem præcedit res prædestinata: nihil autem potest præcedere æternum, secundum quod æternum; ergo de æterno secundum quod huiusmodi, non potest esse prædestinatio.

Quid autem, si dicendum de quæstione tertia, de qua re sit prædestinatio: quatum ad naturam, & personam, Vtrum sit de natura, vel de persona. Videtur scripta communia dicere, quòd nec de natura, nec de persona est prædestinatio; sed de persona per comparationem ad naturam. Magister tamen in Glossa videtur velle, quòd de persona sit prædestinatio: Verum quia addit, quòd prædestinatio est de persona in comparatione ad naturam, & ideò, licet verba Magistri verbaliter videatur discor-

Gratia non est ex meritis.

Prædestinatio est de re temporali & non de re æterna.

D. Tho. 3. p. q. 24. ar. 1.

Mag. sent. & D. Tho. conciliantur.

Quid sit prædestinatio.

Aliter prædestinatus est Christus, aliter alij Sancti.

dare à dictis communibus, tamen sententia-
liter non discordant. Nam cum Magi-
ster velit, quòd de persona sit prædestina-
tio tantùm in comparatione ad naturam,
hoc idem volunt dicta communia, quia
licet negent prædestinationem esse de
persona secundùm se, tamen quia conce-
dunt eam esse de persona in comparatio-
ne ad naturam, in eandem sententiam in-
cidunt dicta communia, & Glossa Magi-
stri. Persona ergo Verbi, vt comparatur ad
naturam humanam, per quam est homo,
vel ipse Christus, vt est homo, idest, vt est
natura humana eius per gratiam vnionis,
quia natura illa per huiusmodi gratiã as-
sumpta est in vnitate personę Verbi, Chri-
stus homo, vt est homo, per humanitatem
assumptã ad vnitate personę Verbi, præ-
destinatus est esse Filius Dei, quia ita præ-
uisũ, & præordinatũ fuit ab æterno, quod
natura illa humana, per quam Christus est
homo, per gratiam vnionis assumeretur in
vnitatem personę Verbi, per quam gra-
tiam homo ille est Filius Dei, & dicitur
esse prædestinatus Filius Dei, quod quæ-
rebatur in propõta quæstione.

RESP. AD ARGUMENTA.

Prædestina-
tio non re-
spicit perso-
nam secun-
dum se: sed
in compara-
tione ad na-
turam, quæ
in tempore
vnita fuit
Verbo.

Ad primum dicendum, quòd licet ho-
mo ille semper fuerit, non tamen semper
fuit in eo quod homo, quia non semper
fuit homo, sed ex tempore, ideo ex quo
assumpsit humanã naturam persona Ver-
bi, & per gratiam vnionis Dei Filius fa-
ctus est homo, verificatum est, quòd homo
ille prædestinatus est, idest ab æterno fuit
preuisum, & præordinatum, vt esset Fi-
lius Dei. Benè ergo dictum est, quòd præ-
destinatio non est de ipsa persona, secun-
dum se, sed de persona Christi in compa-
ratione ad naturam humanam: persona
enim Christi, vt habet naturam huma-
nam, idest, vt est homo, prædestinatus est
esse Filius Dei; quapropter verum est,
quod quæstio quærebat, videlicet quòd il-
le homo prædestinatus est esse Filius Dei.

Negatur si-
militudo in-
ter hæc par-
ticipia, fa-
ctus, & præ-
destinatus.

Ad secundum dicendum, quòd non
est simile de hoc participio, *factus*, & de
hoc participio, *prædestinatus*, quia hoc
participium, *factus*, in masculino gene-
re denotat ordinem temporis in eo, qui
dicitur factus; & ideo (vt patet per habi-
ta) concedimus, quòd Deus sit factus ho-

A mo, quia prius tempore, vel prius duratio-
ne fuit Deus, & postea fuit homo, non
autẽ concedimus conuersam de hoc par-
ticipio, *factus*, in masculino genere: quòd
homo factus sit Deus, quia hoc posito se-
queretur, quòd Christus prius fuisset ho-
mo, & postea fuisset factus Deus: quod
patet esse fallum. In neutro tamen gene-
re, secundùm quem modum sumpto par-
ticipio factionis (quia secundùm huius-
modi modum sumpto participio factio-
nis, non denotatur ordo temporis, sed so-
lùm veritas loquutionis) ideo concedimus
in neutro factum esse, quòd Deus sit ho-
mo, & è conuersò.

Ad tertium dicendum, quòd argumen-
tum solutum est per iam dicta, quia non
stat hoc participium, *prædestinatus*, nec
pro supposito, secundùm se, nec pro natu-
ra secundùm se; sed stat pro supposito per
comparationem ad naturam, vt sit sensus,
quòd homo, idest suppositum illud huma-
num, vt est homo, idest, vt habet naturam
prædestinatus est esse Filius Dei. Ad for-
mã arguendi, benè dicitur, quòd suppositũ
illud est æternũ, tamen habet naturã hu-
manam, & vt est homo, non est quid æter-
num, sed quid ex tempore factum: secun-
dum quem modum ille homo potest dici
prædestinatus, & ab æterno esse præuisus
Filius Dei. Et per hæc patet etiam solutio
ad quartum, quia quamuis illud supposi-
tum sit æternum, tamen vt homo, & vt ha-
bet naturam humanam, non est quid æter-
num, secundùm quem modum homo ille
potest esse ab æterno prædestinatus, idest
preuisus esse, & præordinatus esse Filius
Dei.

Ad quintum dicendum, quòd argumen-
tum arguit potius oppositũ, quàm propo-
situm: nam ipsa prædestinatio est æterna,
res autẽ prædestinata, vt est prædestinata,
non est æterna. Prædestinatio ergo illius
hominis, vt esset Filius Dei, est æterna, &
tamẽ ille homo secundùm quod huius non
est æternus, nec fuit ille homo, secundùm
quòd huiusmodi, Dei Filius ab æterno, sed
in tempore persona Verbi facta est homo;
& ex tunc homo ille incœpit esse Filius
Dei, & prædestinatio est ex hoc exeque-
tioni mandata, vt homo inciperet esse
Filius Dei: propter quod patet factum est id
de quo petitio propõta dubitabat.

Ly prædesti-
natus non
stat pro sop-
posito secun-
dum se: sed
prout respi-
cit naturam
humanam,
quæ non est
æterna.

Suppositum
Verbi, vt
suppositum,
est æternũ:
vt habens
humanã na-
turam fuit
in tempore

Prædestina-
tio, vt sic
est æterna:
res autem
prædestina-
ta est tem-
poralis.

A

ARTIC. II.

RESOLVTIO.

Vtrum hac sit vera, Filius Dei prædestinatus est esse homo. Conclusio est affirmatiua.

Riechar. in 3. d. 7. q. 6. D. Bonau. d. 7. art. 2. q. 2. Cabrera 3. p. q. 24. disp. vnica. & Authores supra citati.



SECUNDO quæritur de loquutione conuersa quantum ad hoc participium, *prædestinatus*. Nam, licet verum sit, quod homo sit prædestinatus esse Filius Dei, quæritur de veritate loquutionis conuersæ. Vtrum verum sit, quod Filius Dei prædestinatus est esse homo: Et videtur, quod non. Nam prædestinatio præcedit prædestinatum: sed Filium Dei nihil potest præcedere: ergo Filius Dei non est prædestinatus, & si non est prædestinatus, non est prædestinatus esse homo.

Præterea. Homo non dicitur equiuocè de Petro, & Dei Filio, quia Filius Dei, assumens naturam humanam, factus est vniuocè homo, cum alijs hominibus; sed de Petro non potest verificari, quod prædestinatus sit esse homo: ergo nec hoc verificatur de Filio Dei, qui est vniuocè homo, cum Petro, & alijs hominibus. Præterea. Hoc dicitur esse prædestinatum alicui, quod conuenit ei per gratiam; sed nulla gratia fuit facta Filio Dei, ex eo quod factus fuit homo, ergo hæc non est vera, Dei Filius prædestinatus est esse homo.

IN CONTRARIUM est, quia omne, quod est præuisum, & præordinatum, ab æterno est prædestinatum; sed Dei Filius est præuisus, & prædestinatus, vt sit filius hominis, & vt sit homo, ergo hoc est prædestinatus, &c.

Præterea. Quilibet homo, vel est prædestinatus, vel reprobatus, sed Dei Filius homo, vel Dei Filius, vt est homo, non est reprobatus: ergo est prædestinatus.

Aegid. super liij. Sent.

Ad prædestinationem septem conditiones requiruntur, quarum singula verificantur, stante hac propositione de Christo. Homo prædestinatus est esse Dei Filius: quinque autem duntaxat verificantur, stante hac alia propositione, Filius Dei prædestinatus est esse homo: ideo hac dicitur aliquo modo vera: illa autem dicitur vera per omnem modum.

RESPONDEO, cum quæritur. Vtrum Filius Dei prædestinatus fuerit esse homo, dici potest, quod quantum ad præsens spectat, ad prædestinationem septem requiruntur. Primum est, vt prædestinatio sit de his, quæ sunt gratiæ, nam sicut modo res actu destinatur in fines suos, ita Deus ab æterno prædestinabat, & præordinabat in seipso, quomodo res irent in fines suos; Verum quia res, secundum seipsas tendunt in fines suos naturales; ideo dicuntur propriè destinari in tales fines: Nam sicut sagitta, si de seipsa tenderet in signum, in quod tendit, tanquam in fine, non oporteret, quod à sagittante destinaretur in signum, ideo autè sagitta à sagittante destinatur in signum, quia per naturam suam non est sufficiens, vt tendat in signum: & inde est, quod, quia res naturaliter tendunt in fines suos naturales, ideo non dicuntur ab alio in tales fines destinari. Destinatio ergo erit finis supernaturalis, sicut & prædestinatio respectu finis non naturalis dicitur esse: & idcirco prædestinatio dicitur esse quatum ad ea, quæ sunt gratiæ. Propter quod Magister in Glossa super epist. ad Rom. vbi agit de prædestinatione Christi ait: *Prædestinatio est gratiæ preparatio, quam Deus ab æterno homini Christo præparauit.*

Secundò ad prædestinationem, non solum requiritur, quod prædestinatio semper sit in his, quæ sunt gratiæ, sed etiam, quod sit sine meritis præcedentibus, & secundum sequitur ex primo, quia (vt supra dicebatur) si merita præcedentia requirerentur ad collationem gratiæ, iam gratia non esset gratia, quia

Ad prædestinationem septem requiruntur.

Prædestinatio est finis supernaturalis, & gratiæ.

Prædestinatio non supponit merita.

Cc 2 non

non esset donum gratis datum, sed propter merita redditum.

Tertium, quod requiritur ad prædestinationem, est, ut suppositum, vel persona prædestinetur in comparationem ad aliquam naturam; & ideo supra dicebatur, quod prædestinatio non est suppositi, vel personæ, secundum se, vel naturæ secundum se, sed est suppositi, vel personæ in comparatione ad aliquam naturam. Aduertendum tamen, quod hic loquimur de prædestinatione, ut cõpetit supposito, vel personæ in comparatione ad naturam. Vtrũ autem taliter accipi possit prædestinatio, ut competat ipsi naturæ secundum se, de hoc in decima distinctione quæretur. Nunc autem in tantum dictum sit, quod hic loquimur de prædestinatione, ut competat supposito, vel personæ in comparationem ad naturam.

Prædestinatio non est suppositi secundum se, sed per comparationem ad aliquam naturam.

Quartum, quod requiritur ad prædestinationem est, quod illud suppositum, vel persona, quæ dicitur prædestinata respectu alicuius naturæ, sit ab æterno sic præuisa, & præordinata respectu illius naturæ.

Quintum, quod requiritur ad prædestinationem est, ut sicuti aliquid ab æterno est præuisum, & præordinatum, sic illud sit in tempore effectui mancipatum; aliter enim esset prædestinatio falsa, si non fieret in tempore illud, quod ab æterno est præuisum, & præordinatum.

Sextum, quod requiritur ad prædestinationem est, ut persona, quæ est præuisa, & præordinata ad aliquid secundum prædestinationem, ut in hoc fiat aliqua gratia illi supposito, vel personæ.

Septimum, quod requiritur ad prædestinationem est, ut illa gratia, vel quodcunque sit illud, quod competat alicui per prædestinationem, illud sit respectu ultimi finis. Nam si Deus ab æterno præuidit aliquod suppositum, vel aliquam personam habere dominium alicuius Castri, non diceretur hoc esse prædestinatum, quia in dominio Castri non potest consistere ultimus finis alicuius suppositi, vel alicuius personæ rationalis, seu intellectualis naturæ.

His igitur prælibatis, cum duæ sint motæ quæstiones, vna Vtrũ homo Christus sit prædestinatus esse Filius Dei, de quo quærebat articulus primus, & alia

A Vtrum Filius Dei sit prædestinatus esse homo, dicemus, quod quantum ad articulum primum concurrunt omnia præfata septem enarrata, quæ requiruntur ad prædestinationem: quantum autem ad secundum non possunt ibi concurrere nisi quinque de illis septem.

Quod enim homo Christus prædestinatus est esse Filius Dei, concurrat ibi primum ad prædestinationem, videlicet, quod prædestinatio debet esse de his, quæ sunt gratiæ. Haec enim fuit magna gratia facta illi homini, qui prædestinatus est esse Filius Dei; & ideo in Gloss. ad Rom. vbi agitur de prædestinatione hominis Christi, dicitur: *Præclarissimum lumen prædestinationis, & gratia est ipse mediator Dei, & hominis IESVS Christus*, non ergo solum fuit facta gratia illi homini, qui fuit prædestinatus esse Filius Dei, sed ipse fuit quoddam lumen, & quoddam speculum, & quædam plenitudo prædestinationis, & gratiæ omnium aliorum, quia de plenitudine eius omnes nos accepimus gratiam pro gratia, ut dicitur Io. 1.

Gloss. super epist. ad Rom.

Secundum autem, quod requiritur ad prædestinationem est, ut fiat sine præcedentibus meritis: hoc autem potissimè fuit in homine Christo: Et propterea Magister in Gloss. ad Rom. vbi agit de prædestinatione hominis Christi ait: *Ille enim homo, ut à Verbo, Patri coæterno, in unitate personæ assumptus Filius Dei vnigenitus esset, unde hoc meruit? quod eius bonum, qualecunque præcessit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perueniret? quasi dicat, nullum eius bonum meritum præcessit, sed tantum bonum fuit illi homini sine præcedentibus meritis gratiosè, idest per gratiam vnionis collatum.*

Gloss. super epist. ad Rom.

D Tertium verò, quod supra dicebatur requiri ad prædestinationem, scilicet ut hoc cõpetat supposito, vel personæ per comparationem ad aliquam naturam: patet in Christo homine hoc esse impletum. Nam homo ille, siue suppositum illud, siue persona illa, ut comparatur ad naturam humanam, & ut homo, fuit prædestinatus ad tantum bonum, ut per gratiam vnionis esset Filius Dei, non adoptiuus, sed vnigenitus, & naturalis: propter quod Magister in præfata Glossa, vbi agit de prædestinatione hominis Christi inducit Ambrosium

sum dicentem . *Volui, & reuolui Scripturam diuinam, & Filium Dei nunquam inueni esse filium adoptiuum* . Sed sicut Christus in quantum Deus, naturaliter habet, vt sit Filius Dei naturalis, sic Christus in quantum homo habet per gratiam vnionis, vt sit ille idem filius naturalis . Quod ideo verum est, quia illa natura humana Christi assumpta est in vnitatem personæ, per quam vnitatem ille homo est Dei Filius naturalis .

Quartum, quod dicebatur requiri ad prædestinationem, est, vt illud suppositum, vel persona, quæ dicitur prædestinata respectu alicuius naturæ, sic se habeat respectu illius naturæ, vt fuit præuisum, & præordinatum, quod totum adimpletum est in Christo homine . Nam Dei Filius assumens naturam humanam, sic se habuit respectu humanæ naturæ, per quam factus est homo, vt homo ille per talem assumptionem, vel per talem gratiam vnionis, in vnitatem personæ esset Filius Dei, & vt non rapinam arbitratus esset, ille homo propter gratiam vnionis, esse se æqualem Deo, & Dei Filium naturalem, & inde verum esset, quod homo iste factus ex semine Dauid, secundum carnem prædestinatus esset esse Filius Dei in virtute, idest in eadem potentia, & virtute, cum Patre, quia omnium trium personarum est vna potentia, & virtus .

Quintum, quod requiritur ad prædestinationem est, vt sic fiat in tempore, sicut fuit ab æterno præuisum, ne esset illa præuisio, & prædestinatio vana, & falsa . quod totum est in Christo homine adimpletum, quia sicut ab æterno præuisum, & prædestinatum fuit, vt homo ille Christus per gratiam vnionis esset Dei Filius naturalis, sic & suo tempore executioni mandatum . Omnia autem ista quinque, quæ requiruntur ad prædestinationem, & quæ possumus saluare in homine illo, vt esset prædestinatus esse Filius Dei, si benè consideremus, possumus saluare in Filio Dei .

Sextum autè, quod requiritur ad prædestinationem est, respectu personæ, quæ est præuisa, & præordinata ad aliquid, secundum prædestinationem, vt in hoc fiat aliqua gratia eidem supposito, vel perso-

Aegid super iij. Sent.

næ . Istud autem sextum possumus saluare in Christo, in eo quod homo, respectu Filij Dei, quia magna gratia facta fuit illi homini, vt esset Filius Dei, homo enim non potest esse Filius Dei, nisi humana natura, per quam est homo, assumpta sit in vnitatem personæ Filij Dei . Sed nulla gratia facta est Filio Dei respectu illius hominis : Propter quod licet istud sextum possumus saluare in illo homine, vt est Filius Dei, non possumus hoc saluare in Filio Dei respectu hominis, vel vt est factus homo, quia in hoc non fuit facta gratia Filio Dei, vt esset homo, sed fuit facta gratia homini, vt esset Filius Dei; & ideo non sic verificatur per omnem modum, quod Filius Dei prædestinatus sit esse illum hominem, qui est Christus, sed quod ille homo, qui factus est ex semine Dauid, &c. prædestinatus est esse Filius Dei .

Septimum autem, quod dicebatur requiri ad prædestinationem est, vt illud dicatur alicui prædestinatum esse, quod respicit vltimum finem, Hoc etiam septimum, licet fuerit in homine Christo respectu Filij Dei, vt per omnem modum verificetur, quod homo ille prædestinatus est Filius Dei, non tamen est in Filio Dei, respectu hominis, quia non poterat esse vltimus finis Filij Dei, quod esset homo, cum ex hoc non augetur, sed minoraret, & quasi euacuaret semetipsum, non formam Dei perdens, sed formam serui accipiens : gratia enim maxima fuit facta homini, vt humana natura assumpta, sit in vnitatem personæ Filij Dei, sed nulla gratia facta est Filio Dei, qui assumpsit humanam naturam in vnitatem personæ suæ : & per hoc patet solutio ad id, quod quæritur in secundo articulo : Nam cum quæritur, Vtrum, sicut verum est, quod homo prædestinatus est esse Filius Dei, vera sit etiam loquutio conuersa, quod Filius Dei prædestinatus est esse homo, cum septem requirantur ad prædestinationem, quantum ad quinque prima, vt patet per habita; saluare possumus, quod Dei Filius prædestinatus est esse hominem, & ideo licet per omnem modum sit vera loquutio ista, homo est prædestinatus esse Filius Dei; non tamen per omnem modum est vera loquutio conuersa .

RESP. AD ARGVM.

Argumentū
concludit il-
lam propo-
sitionē non
esse veram
per omnem
modum: sed
non exclu-
dit, quod nō
sit vera ali-
quo modo,
vt dictū est

Ad primum potest responderi per iam dicta. Nam licet præuisum, & præordinatum fuerit ab æterno, tamen illa præuisio vel prædestinatio non potest dici prædestinatio per omnem modum, licet possit hoc dici secundum quinque modos: quapropter argumentum soluendum est, non tanquam nihil concludens, sed non concludens veritatem per omnem modum.

Ad formam autem arguendi, dum dicitur conuersa huius, homo est prædestinatus esse Filius Dei, est vera, ergo conuersa huius est vera, quæ est: Filius Dei prædestinatus est esse hominem: dici debet, quod simpliciter loquendo, non est conuersa, quæ dicitur esse conuersa. Nam sicut si dicatur, quidam puer factus est senex, non est vera conuersa, quod quidam senex factus est puer, quia conuersa esset falsa, quia licet puer fiat senex, nullus tamen senex fit puer, nisi fortè, quia per senium deficit in sensu, & habet sensum puerilem, iuxta illud: *in quocunque senesensus puerilis in illo*, simpliciter tamen loquendo, conuersa huius, omnis senex fuit puer, non est hæc, quidam puer fuit senex, sed hæc, quidam præteritus puer est senex: sic huiusmodi propositionis; homo est prædestinatus esse Filius Dei, conuersa non est hæc. Filius Dei est prædestinatus esse homo: sed esset hæc; Filius qui assumens humanam naturam, est factus homo, ille secundum naturam assumptam per gratiam vnionis prædestinatus est esse Filius Dei.

Homo non
dicitur æ-
quiuocè de
Petro, & de
homine
Christo quā-
tum ad natu-
rā huma-
nam: sed ra-
tione suppo-
siti fuit ibi
modus qui
uocationis.

Ad secundum dicendum, quod licet possimus concedere argumentum in quantum concludit veritatem, forma tamen arguendi non est bona, quia Petrus antequam esset, nunquam fuit homo, sed Filius Dei fuit antequam esset homo: & ideo magis potest verificari ista, Filius Dei prædestinatus est esse homo, licet non verificetur per omnem modum, quàm ista, Petrus est prædestinatus esse homo. Ad formam autem arguendi, quod homo non dicitur æquiuocè de Petro, & de homine Christo, dici debet, non dici quidem æquiuocè quantum ad naturam, humanam, quia Christus fuit verus, &

A perfectus homo, sicut & alij homines, sed simpliciter loquendo, est ibi quidam modus æquiuocationis, quia Petrus est purus homo, & tantum homo, Christus autem non est tantum homo, sed est Deus, & homo.

Ad tertium dicendum, quod possumus saluare, quod Filius Dei prædestinatus est esse homo per gratiam, quia fuit homo per gratiam vnionis, quatenus natura humana fuit vnita sibi in vnitatem personæ per gratiam vnionis, tamen ista gratia non fuit facta Filio Dei, sed fuit facta homini, vel fuit facta nature humanæ, quæ per gratiam vnionis assumpta fuit in vnitatem personæ Verbi, quæ omnia sunt per habita declarata.

Argumenta autem in contrarium, conclusionis gratia, concedantur.

ARTIC. III.

Utrum Filius Dei sit prædestinatus, esse Dei Filius. Conclusio est negativa.



ALTERIVS queritur. Utrum hæc sit vera. Filius Dei prædestinatus est esse Filius Dei. Et videtur, quod sic, quia quæcunque prædicantur de filio hominis propter communicationem idiomatum, possunt prædicari de Filio Dei: sed hæc est vera, filius hominis est prædestinatus esse Filius Dei, vt supra dicebatur: ergo hæc erit vera: Filius Dei est prædestinatus esse Filius Dei, quod reprobare volebamus.

Præterea. Filius Dei in quantum homo prædestinatus est esse Filius Dei: sed illa, quæ prædicantur de Filio Dei, in quantum homo, prædicantur de Filio Dei absolute, & quia Filius Dei, in quantum homo, est mortuus, Filius Dei absolute, & simpliciter conceditur esse mortuus: ergo si Filius Dei, in quantum homo, prædestinatus est esse Filius Dei, ergo absolute, & simpliciter concedi potest, quod Filius Dei prædestinatus est esse Filius Dei.

Præterea. Ad veritatem loquutionis suffi-

Filius Dei
potest dici
Prædestina-
tus per gra-
tiam vnio-
nis, quæ nō
est in ipso,
sed in nato-
ra humana
per quā fa-
ctus est ho-
mo.

sufficit, quod aliquo modo prædicatū verificetur de subiecto, quod est Filius Dei, sed aliquando verificatur, quod est prædestinatus esse Filius Dei, quia verificatur de eo, in eo quod homo: ergo absolute, & simpliciter concedi potest, quod Filius Dei prædestinatus est esse Filius Dei.

IN CONTRARIUM est, quia illud, quod semper inest alicui, non competit ei esse prædestinatum, sed esse Filium Dei competit Filio Dei semper, & ab æterno, ergo hoc non competit ei esse prædestinatum.

RESOLVTIO

Dei Filius non est prædestinatus esse Dei Filius, secundum veritatem: sed secundum manifestationem, & certitudinem, iuxta quem modum intelliguntur loca sacra Scripturae: & constat ex discrimine inter hæc participia, factus, & prædestinatus.

RESPONDEO dicendum, quod simpliciter, & absolute loquendo, nihil prædestinatur esse, quod semper fuit: sed Filius Dei semper fuit Filius Dei; ergo simpliciter loquendo, & absolute, hoc prædestinatum esse non potest. Veruntamen, quia in Scriptura sacra multoties dicitur aliquid fieri cum innotescit: & ideo esse Filius Dei potest accipi dupliciter, vel secundum veritatem, & sic est falsa, quod Filius Dei sit prædestinatus esse Filius Dei, vt etiam communiter dicitur, vel secundum euidenciam; & tunc, quia Dei Filius assumens carnem, & factus homo, & docens veritatem de seipso, multis clarescens ista veritas, quod est Filius Dei, & ideo dicebat Dei Filius Patri: *Clarifica me Pater claritate, quam habui antequam mundus fieret.* Nam antequam mundus fuerit, erat Filius Dei, & post creationem mundi latuit hæc veritas multos, & quasi omnes, quod mittendus esset pro redẽptione humana Filius Dei, & esset verus Deus. Iudæi enim per Moysen, & per Prophetas suos edocti, & multi etiam Gentiles, per reuelationem factam eis, credebant, quod aliquis deberet mitti pro redemptione generis humani, sed quod ille esset Filius Dei, &

Jo. c. 17.

A verus Deus, paucissimis fuit reuelatum. Fortè Dauidi, qui *super senes intellexit*, fuit hoc reuelatum, cum dixit: *Dixit Dominus Domino meo; sede à dextris meis*: & ideo quereute Christo a Iudæis de seipso, *cuius filius esset, respondentibus illis, David*, arguit contra eos Christus. *Si filius est David, quomodo David in spiritu vocat eum dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo?* &c.

Psal. 118.

Psal. 109.

Math. 22.

Dicamus ergo, quod nunquam Iudæi illum hominem crucifixissent, si eum Deum gloriæ credidissent, igitur Filius Dei prædestinatus est esse Filius Dei, non quantum ad veritatem, sed quantum ad euidenciam, quia in cordibus omnium, fidelium hæc veritas certitudinaliter adheret, quod ille homo, qui dicitur Christus, est verus Deus, & verus Dei Filius; & quia nihil est certius alicui sua fide, hoc debet esse in cordibus omnium fidelium radicum, & ista est fides, in qua omnes fideles debent velle mori, nimirum quod ille homo pro nobis crucifixus, est verus Dei Filius, & verus, & vnus Deus cum Patre. Quantum ergo ad hanc euidenciam, & manifestationem Dei Filius prædestinatus est esse Dei Filius.

Nihil est certius fide.

His itaque transcurfis, per modum cuiusdam epilogationis, complectamur omnia præfata dicentes, quod de Christo Deo, & homine possunt multae loquutiones varijs modis exprimi: quantum autè ad præsens spectat, id tripliciter potest fieri, quia, vel exprinuntur loquutiones illæ per hoc verbum, *est*, vel per hoc participium, *factus*, vel per hoc participium, *prædestinatus*. Si exprinuntur huiusmodi loquutiones de Deo, & de homine, per hoc verbum, *est*, quia vnum, & idem suppositum, vel vna, & eadem persona est Deus, & homo, si volumus loqui grammatice, siue Deus sit ibi suppositum, & homo appositum, & è conuersò; vel si volumus loqui logicè, siue Deus sit ibi subiectum, & homo prædicatum, vel è conuersò, semper loquutiones sunt veræ, si exprinuntur per hoc verbum *est*: propter vnitatem suppositi, Deus est homo, & homo est Deus. Sed si exprinuntur huiusmodi loquutiones de Deo, & homine, per hoc participium, *factus*, possumus distinguere, quia tale participium,

Epilogus prædictorū

Loquutiones de Christo Deo, & homine, tripliciter exprimi possunt.

vel

vel sumitur masculinè, vel neutraliter, si masculinè concedemus, quòd hæc est propria, & vera, Deus est factus homo; sed hæc est impropria, & ex improprietate potest iudicari falsa. homo est factus Deus: Et ideo Damascenus lib. 3. cap. 2. ait: *Non dicimus hominem deificatum, idest, quòd homo sit factus Deus, sed dicimus Deum humanatum, idest, quòd Deus est factus homo.* Causa autem huius improprietatis, & propter improprietatem etiam falsitatis, esse potest, quia hoc participium, *factus*, sumptum masculinè, importat ordinem temporis. Nam propriè loquendo, non dicimus, quòd albus, vel musicus sit factus homo, sed è conuersò, quòd homo est factus albus, vel musicus, cum illud suppositum, vel illa persona, quæ est homo, prius fuerit homo, quàm esset albus, vel musicus, semper enim in factione intelligitur nouitas, & in nouitate posterioritas, sequendo proprietatem loquutionis: Et ideo vltimus dies iudicij dicitur nouissimus, quia erit postremus, & vltimus, quantum ad merendum, vel demerendum; prout

Apoc. c. 10. iurauit Angelus per viuentem in sæcula, quòd non erit amplius tempus, supple merendi, aut demerendi, vel non erit amplius tempus, quod fundetur in motu cœli, quia cessabit motus cœli, in quo, tanquam in subiecto, habet esse tale tempus: cessabit enim tunc motus cœli, quia Sol, & Luna stabunt in habitaculis suis. Declaratum est ergo, quòd non est factio sine nouitate, & non est nouitas sine ordine temporis, tamen hoc participium, factus, sumptum masculinè, explicat ordinem temporis, vel saltem ordinem naturæ subiecti ad prædicatum, vt si dicatur, homo factus albus, tempore, vel natura, prius fuit homo, quàm esset albus, & ideo concedimus, quòd Deus factus est homo, quia prius fuit Deus, quàm esset homo, non autem concedimus conuersam, quòd homo sit factus Deus, quia nullo modo prioritatis fuit prius homo, quàm Deus, sed hoc participium, factus, in neutro genere, prioritatem subiecti ad prædicatum non exprimit, nec includit, sed indistinctè se habet ad vtrumque, quantum ad ipsam prioritatem, vt si dicatur, factum est, quòd album sit musicum, nulla

Damasc. lib. 3. cap. 2.

Cur dies iudicij dicitur extremus.

Apoc. c. 10.

A prioritas ex hoc importatur, vel exprimitur albi ad musicum, vel è conuersò, sed siue hoc præcesserit illud, siue è conuersò, in neutro genere concedimus factum esse, quòd album sit musicum, sic & in proposito in neutro genere concedimus factum esse, quòd Deus sit homo, & è conuersò, quòd homo sit Deus, quia in hoc genere loquutionis non importatur, nec exprimitur prioritas subiecti ad prædicatum, vel è conuersò.

B Viso quid dicendum sit in loquutionibus de Deo, & homine, expressis per hoc verbum, *est*, vel per hoc verbum, *factus*, siue accipiatur tale participium in masculino, siue in neutro, videndum est quid sit dicendum de loquutionibus exprimentibus Deum, & hominem, vel è conuersò, per hoc participium, *predestinatus*. Sciendum ergo, quòd quantum ad hoc participium, *predestinatus*, masculinè sumptum, se habet è conuersò; nam concedimus in masculinè, quòd Deus sit factus homo, & non concedimus conuersam, quòd homo sit factus Deus. Hæc autem est conuersa, quia ista est magis propria, homo ille prædestinatus est esse Deus, vel Filius Dei, quàm sit propria eius conuersa, videlicet, Dei Filius prædestinatus est esse homo: Narrabantur enim supra septem conditiones importatæ per prædestinationem, quæ omnes septem, verificantur in hac loquutione, quòd homo ille prædestinatus est esse Filius Dei, sed non nisi quinque de illis conditionibus verificantur in loquutione conuersa, quòd Dei Filius prædestinatus est, esse ille homo. Sed quid dicemus de hoc participio, *predestinatus*, si sumatur masculinè, & quid si neutraliter?

D Dicitur potest, quòd hoc participium, *factus*, sumptum masculinè, variat sensum, à seipso sumpto neutraliter, quia sumptum masculine, denotat quandam prioritatem subiecti ad prædicatum; & inde est, quòd concedimus, Deus factus est homo, quia Dei Filius prius fuit homo, quàm Deus; sed huiusmodi participium sumptum in neutro genere, prioritatem subiecti ad prædicatum, vel è conuersò, non exprimit, nec importat; & ideo sumendo hoc participium, *factum*, in neutro genere, concedimus, factum esse, quòd Deus

Quomodo ista duoparticipia, factus, & predestinatus, differant in significacione.

Deus sit homo, & è conuersò. Sed in hoc participio, *prædestinatus*, quia non denotatur ibi prioritas subiecti ad prædicatum, vel è conuersò, sed solum prioritas ordinationis diuinæ, ad ea, quæ in tempore effectui mandantur, ideo non refert, Vtrum tale participium masculinè, vel neutraliter exprimat.

A matur ille modus, vt ex hoc talis repugnantia tollatur, & dicatur, quòd *Dei Filius*, in eo, quod homo, vel in eo, quod aliquid aliud, vt in eo quod assumens carnem humanam, est *prædestinatus*, vt talis repugnantia tollatur.

Dub. I. Litteralis.

RESP. AD ARGVM.

Idiomatum comunicatio attenditur penes unitatem Christi, qui est Deus, & homo, & in his, quæ nõ habent intellectum repugnantiam, sicuti habet quod concluditur in argumto.

Ad primũ dicendũ, quòd ideo est comunicatio idiomatum Dei ad hominẽ, vel è conuersò, quia in Christo vnus, & idem B existens est *Deus*, & homo, iuxta illud, quod dicitur de Christo in Symbolo: *Qui licet Deus sit, & homo, non duo tamen, sed vnus est Christus*, ideo oportet, vt Dei, & hominis sit comunicatio idiomatum, videlicet propter vnum Christum, qui est hoc, & illud. Talis tamen comunicatio intelligenda est sine repugnantia intellectuum: propter quod, vt homo sit prædestinatus esse Filius Dei, quia hic nulla est repugnantia intellectuum, cum Filius Dei non semper fuerit homo, & per consequens non semper fuit ille homo, C quia non semper fuit habens naturam illam humanam; hic ergo nulla est repugnantia intellectuum, vt homo ille sit prædestinatus esse Filius Dei: sed quòd Filius Dei, qui ab æterno fuit Filius Dei, possit esse prædestinatus esse Filius Dei, est repugnantia intellectuum, vt est per se notum, quia de re æterna, secundum quod huiusmodi, prædestinatio esse non potest.



VPER litteram primò querunt Scripta communia de illo verbo, quod dicunt esse in littera. *Factus est sine dubio id quod prius erat.* Et solunt, quòd

hæc loquutio est impropria, quia *Dei Filius* non est factus, quod prius erat, sed factus est, quod prius non erat, quia factus est homo, & non erat prius homo.

Sed hæc dubitatio est superflua, quia communiter textus non habet hoc affirmatiuè, quòd sine dubio factus est, quod prius erat, immò habent hoc negatiuè, factus est, quod prius non erat: in textu enim correcto, & benè pronunciato, nullum est dubium, quod scripta communia dicunt dubium esse.

Dub. II. Litteralis.

Quod Dei Filius sic prædestinatus esse Dei Filium includit intellectum repugnantiam: ideo sine addito non concluditur.

Et per hoc patet solutio ad secundum, quia quod *Filius Dei* factus homo, dicatur mortuus, vel passus, nulla est repugnantia intellectuum, quia homo ille, D qui erat Deus, idest, *Dei Filius*, habebat carnem passibilem, & mortalem: sed quod *Dei Filius*, qui est æternus, sit prædestinatus esse *Filius Dei*, non addito sibi aliquo temporali, habet repugnantiam intellectuum.



ALTERIVS autem posset dubitare aliquis de eo, quod in littera dicitur. *Deus assumpsit hominem.* Sed contra, *Assumens* non est assumptum, sed *Deus* est

homo, ergo non est assumens hominem.

DICENDVM, quòd ibi homo non stat pro supposito, sed pro natura. exponendum est ergo. *Deus* assumpsit hominem, idest humanam naturam, & tunc cessat obiectio, quia licet *Deus*

sit, & homo, vt homo stat pro supposito, tamen non est humana natura.

Non sufficit quòd allata propositio aliquo modo possit esse vera: sed requiritur expressio talis modi.

Et per hoc potest patere solutio ad tertium, quia ibi implicatur repugnantia intellectuum, sicut est in proposito, quòd *Filius Dei* prædestinatus est esse *Filius Dei*, non enim sufficit, quod aliquo modo verificari possit, sed oportet, vt expri-